This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 3433 07598898 4

Plato

1a Ehrentag
Quelfort.

H. J. F.^{ke} Schrader.
1777.

2 Rthr.
1. 5

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATIONS



# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ

# PLVTARCHI DE LIBERORVM EDVCATIONE COMMENTARIVS

CVM NOVA INTERPRETATIONE LATINA
ET ADNOTATIONIBVS
CHRIST. AVG. HEVMANNI.

EDITIONEM CVRAVIT
GVIL. XYLANDRI SVASQVE OBSERVATIONES
ADDIDIT
IAC. FRIDER. HEVSINGERVS
ACCEDVNT
INDICES LOCVPLETISSIMI.




H.J.F. von Schrader. 1777.

LIPSIAE
APVD MICH. CAROL. FRID. MVLLERVM
MDCCXLVIIII.

4/x

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1918 L

VIRO
IMMORTALIBVS IN REM LITTERARIAM
MERITIS CONSPICVO

# IOANNI MICHAELI HEVSINGERO

ILLVSTRIS GYMNASII ISENACENSIS
DIRECTORI GRAVISSIMO
SOCIETATIS LATINAE IENENSIS
COLLEGAE HONORARIO
*PATRVO SVO PARENTIS LOCO*
*VENERANDO*

S. P. D.
IAC. FRIDER. HEVSINGERVS
L. A. M.

*Quum non ſolum plurimis operoſisque negotiis diſtinearis, verum etiam dura fatorum necesſitate, quae TIBI non ita pridem omnibus virtutibus ornatisſimam ac dilectisſimam con-*

iugem immatura morte eripuerunt, in luctu conſtitutus ſis grauisſimo : fortasſe parum opportune facere videar, qui TE hac interpellatione auocare, et ad perlegendum hunc PLVTARCHI librum, meo qualicumque ſtudio politum, inuitare ſuſtineam. Quia tamen praeſenti tunc mihi ſpectare et admirari licuit, tantam fuiſſe animi TVI fortitudinem, vt ne huius quidem doloris magnitudini ſuccumberes, atque etiam recenti vulneri fomenta adhiberi patienter ferres : confidere posſum, iſta quoque conſtantia effectum eſſe, vt iam ad litteras noſtras redieris, et in his moerorem TVVM, non totum illum quidem, at magnam eius depoſueris partem. Nec verendum mihi fuit, ne leue, quod TIBI gratum animum teſtandi cupidus deſtinaui, munuſculum repudiares aut inuitus acciperes, quum vel TVO iudicio, quod ſane maxime facio, vel TVIS exemplis, quae honeſtisſime,

vt

vectisſima, atque, vt gentilia, iure quo-
m meo imitari ſtudeo, edoceri potuerim, mo-
m clarorum virorum nominibus nouos libros
ſcribendi in id potisſimum vſurpandum eſſe,
memoria, et reliquorum, et maxime ac-
ptorum a praeceptoribus, beneficiorum ad
teritatem ſuperfuturis monumentis conſe-
etur. Si qua vero eſt in me Graecos Roma-
sue ſcriptores intelligendi ſolertia, quam
nparare omni ſtudio ſemper laboraui, aut
qua mihi eſt cognitio morum priſcorum ac
uum, qua me non infitior mirifice delectari,
t ſi ab his in doctrinis reliquis, quibus in-
nium excolere adniſus ſum, aliqua lux mihi
it accenſa: earum rerum omnium vel in
imis TIBI, PATRVE exoptatisſime,
atias a me deberi agnoſco. Nam poſt im-
aturum patris mei ex hac vita diſceſſum,
um in reliquis omnibus adfectum parentis
ibi exhibuiſti, tum vera etiam in erudiendo

*me tantam operam tantumque poſuiſti borem, vt ſaepe in eam cogitationem inci rim, an a defuncto patre, ſi diuina decr longiorem ei vitam concesſisſent, maiore, mo an pari indulgentia atque amore pot rim educari? Sunt quidem non pauci, q multa beneficia in me contulisſe record TVORVM tamen meritorum erga me t ta eſt amplitudo, vt hebes forem atque gratus, niſi intelligerem ac prae me ferr praeter fratrem TVVM, virum max reuerendum NICOLAVM FRAN SCVM HEVSINGERVM, qui vt i nio TIBI ſimillimus et ſtudiis eſt con ctisſimus, ita etiam me inſtituendi et e nandi curam TEcum partitus eſt, quem pietate atque obſeruantia colere debeam, plane habere neminem. Et profecto ſi pa tes amandi et venerandi ſunt, qui natu lege compulſi ea nobis tribuunt, quae*

*ti*

urpi flagitio non posſent omittere; quanto
more, quanto cultu, quanto denique obſe-
uio TV mibi proſequendus es, qui nullis, cer-
e laxioribus, vinculis adſtrictus ea beneficia
nihi praeſtitiſti, vt plura ab amantisſimo pa-
re proficiſci non potuiſſent. Hae causſae iam
atis graues videri poterant, cur occaſionem
ludum circumſpexerim, et primam quam-
ue oblatam cupide arripuerim, grati erga
E animi perennius aliquod relinquendi mo-
numentum. Huc accedebat peculiaris ratio,
t TIBI hunc potisſimum mea cura prod-
untem libellum offerrem, quod huius eden-
i primus TV mihi conſiliarius et auctor ex-
itiſti. TVI praeterea nominis gratia tan-
a eſt, vt haec ſola ad viros in his litteris
rincipes aditum patefacere et fauorem iſto-
rum potuerit mihi conciliare. Hinc non va-
nam ſpem concepi, fore, vt liber, qui nunc
publicatur, etſi nullam aut admodum exiguam

 ab

*ab editoris ingenio commendationem ſperari poſſit, vel ideo in ſcriniis doctorum virorum aliquem locum inueniat, quod in TVVM patrocinium ſit receptus. Quis enim eſt, qui litteras amat, qui non idem aut TVA eruditione in admirationem raptus, aut humanitate et candore TVO ad amicitiam iungendam allectus ſit? Vnus, quod ſciam, ex hoc numero, ſi tamen is vmquam in doctis annumerandus fuit, excipiendus eſt Batauus quidam, qui, vt nomen ſuum ignobile ab obliuione vindicaret, et clarum manſurumque efficeret, conuiciis et calumniis in TE alios-que optimos quosque viros impudentisſime effuſis ſe impetraturum ſperauit. Ille tamen inuitus laudibus TVIS plus profuit, quam offecit, quum prudentisſimo cuique apparet, alium quam eximium virum eſſe non poſſe, qui in hominis pesſimi tam vehementem reprehenſionem incurrat. Et quum reliquae*

*virtutes TVAE inſignibus documentis iam ſatis illuſtratae ſint; hoc vnum puto gloriae TVAE adhuc debebatur, vt homines, quibus TE propius cognoſcere non datum eſt, praeclaro exemplo doceres, TE rara animi manſuetudine maledicentiſſimorum quoque obtrectatorum petulantiam placide ac ſine vllo vindictae ſtudio comprimere. Alia quam plurima, nec minora, TVA decora libentiſſime commemorarem, niſi meminiſſem, eam eſſe modeſtiam TVAM, vt maior mihi reprehenſio metuenda ſit, quod aliqua ex iſtis, quamuis preſſo ſtilo ac demiſſo, perſequutus ſim, quam quod maximam earum partem ſilentio praetermiſerim. Nec me praeterit, famam laudum TVARVM etiam eorum teſtimoniis, quos non ſolum nullis officiis deuincire, ſed ne videre quidem vmquam TIBI contigit, dudum ita propagatam eſſe, vt TIBI obſtrictum ac domeſticum praeconem plane*

*ea aſpernetur. Melius igitur officio ac pietatati ſatisfecero, ſi praeſtantisſimas animi atque ingenii TVI virtutes tacite venerans a Deo, recte factorum praeſentisſimo ſpectatore, caſtis precibus contendam, vt pro tot tantisque, quibus me cumulaſti, beneficiis largisſimam TIBI TVISque gratiam rependat TEque de re litteraria in dies praeclarius meriturum quam diutisſime incolumem ſeruet atque florentem. Scrib. Ienae Idibus Octobr.*

cIↃ IↃCC XXXXVIII.

# LECTORI BENEVOLO S.

Graui ſane praeiudicio M. ANTONII MVRETI, viri non magis eloquendi elegantia, quam litterarum ſcientia clariſſimi, hic, quem nouo habitu ornatum in publicum producimus, de liberorum educatione liber PLVTARCHO abiudicatur. Quia tamen nullas ille ſententiae ſuae in medium protulit rationes, neminem, quod equidem ſciam, maximae alioquin auctoritatis criticus, in ſuas partes deduxit. Quod enim RVALDVM reprehendit in Bibliotheca Graeca magnus FABRICIVS, qui hoc opuſculum ſpuriis accenſeat, in eo quidem culpa vacare RVALDVS videtur. Nam ſi probe memoria retinui (aliquot autem ſunt anni, quum Pariſinum illud exemplar operum PLVTARCHI conſulere mihi non licuit) ſi vero recte commemini, tam lubricae ſententiae ipſe RVALDVS auctor eſſe noluit, ſed hunc librum tantum in numero eorum reponit, quos alii viri docti ſuppoſitos PLVTARCHO iudi-

iudicauerint. Quae vero ratio MVRETVM impulerit, vt hunc librum ſuſpectum haberet, nec ipſe coniectura aſſequi potui, nec dum reliqua PLVTARCHI opera cum hoc commentario contenderem, deprehendi, quod iſtam confirmare videretur ſuſpicionem. Et profecto admodum inualido vteretur argumento, ſi quis putaret, ideo a PLVTARCHO ſcriptum iſtud profectum non eſſe, quia non nulla in eo occurrant, quae a noſtro auctore in aliis libris contrarium in modum prolata aut explicita inueniantur. Dudum enim oſtenderunt viri docti, non inſolitum fuiſſe PLVTARCHO easdem ſententias easdemque hiſtorias flectendo ac torquendo ad diuerſisſimos ſcopos accommodare. Genus certe dicendi, PLATO et EVRIPIDES ſaepisſime in partes vocati, ac reliqua omnia in libro, de quo disputatur, adeo cum caeteris Chaeronenſis philoſophi ſcriptis conſentiunt, vt illum pro germano eiusdem ingenii foetu merito agnoſcamus. Orationem tamen ſi quis obiiciat in hoc ſcripto presſiorem atque circumſcriptiorem occurſare, quam in aliis PLVTARCHI libris, ille meminerit, homines cum aetate, vt mores, ita ſtilum plerumque immutare. Et quid prohibet ſuſpicari, hunc librum a PLVTARCHO aetate iam prouecto conſcriptum eſſe, vt ſenium priorem iſtam abſterſerit redundantiam tumoremque compreſſerit?

Nunc

Nunc paucis exponendum eſt, quo me
onſilio ad hunc librum toties repetitis edi-
ionibus vulgatum et in omnibus librariis ta-
ernis obuium denuo publicandum accinxe-
im. Creberrimis doctorum virorum que-
elis et ipſo vſu didiceram, pleroſque eo-
um, qui hoc ſcriptum a reliquis PLVTAR-
HI operibus ſeiunctum in vſum praecipue
cholarum emiſerant, adeo imparatos ad
oc negotium acceſſiſſe, vt corruptiſſimo-
um exemplarium menda partim negligen-
a, partim inſcitia ſua multiplicata iteratis
ditionibus in poſteritatem propagarent.
)perae pretium igitur facturum me putaui,
ad fidem meliorum codicum emendata
uius libri exemplaria vſibus adoleſcentulo-
um procurarem.

Veſtigia vero ſequutus ſum in edendo
oc opuſculo GVILIELMI XYLANDRI, et
ro exemplar operum PLVTARCHI anno
eculi decimi ſeptimi viceſimo Francofurti
litum deſerui, idque quoties factum eſt,
ties eius rei mentionem feci in adnotatio-
ibus. Iam quoque in eo eram, vt Lati-
am interpretationem ipſe elaborarem,
uum vltro mihi ſubmiſit vir humanitatis
riter atque eruditionis laude celeberrimus
HRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMAN-
VS interpretationem XYLANDRI a ſe ita
terpolatam atque emendatam, vt illa plane
oua merito videri debeat. In hanc nihil

mihi

mihi licere arbitratus ſum, eamque in
gram, qualem accepi, exhibeo, etiam il
locis, vbi ſententiam S. R. HEVMANNI c
fendere non auſim. Hoc ideo mihi h
loco profitendum fuit, ne ſocordiae r
arguant, qui Latinam interpretationem
adnotationibus meis non nunquam disc
pare animaduertent. Eidem viro liberal
ſimo etiam hoc nomine gratia a me habe
da eſt, quod mecum communicauit exe
plar PLVTARCHI Lipſiae anno huius ſaec
quinto cura OLAI HESYCHII publicatu
cui adſcripſerat ipſe HEVMANNVS magna
copiam adnotationum eruditisſimarum. H
quia non omnes vltimam limam paſſ
erant, eas tantum, quae abſolutae ac pe
fectae videbantur, et potiſſimum critic
emendationes, delegi nouisque exempla
bus inſerui. Saepius quidem in obſeru
tionibus meis viri magni ſententiam re
qui et in alia omnia diſcesſi, tantum t
men aberat, vt ipſum hac libertate mea c
fenſum iri putarem, vt potius ob hanc ipſa
impenſius eum fauturum mihi ſperare
Adeoque me iſta ſpes non fefellit, vt pl
ribus epiſtolis ad me ſcriptis factum pr
bauerit, et, quae eſt venerabilis ſenis fac
litas, leues has meas PLVTARCHO adhil
tas curas laudibus ornauerit.

Nec poſſum tacitus praeterire bene
cium viri excellentisſimi atque eruditisſi

IOANNIS CHRISTIANI WOLFII Hamburgenſis Gymnaſii profesſoris celeberrimi, qui ſua manu deſcriptas lectiones variorum codicum manu exaratorum ad me miſit, quas in adnotationibus meis non ſine fructu adhibui, omnesque vna cum iis, quae Francofurtenſes editores ad calcem operum PLVTARCHI exhibent, noſtris exemplaribus in fine adiunxi. Has ſingulis paginis ſubiecisſem, niſi typothetis, de noua moleſtia ſibi inde exoritura grauisſime conquerentibus, gratificandum fuisſet. Et fortasſe facilius iſtae hoc pacto effugere poterunt oculos atque cenſuras quorundam hominum criticae artis, immo omnium ſtudiorum humanitatis ac litterarum expertium, qui in adnotandas plurium librariorum ſcripturas futilem, atque etiam ſuis nugis ineptiorem, laborem inſumi vociferantur.

Praeter has autem, quas dixi, variorum codicum ſcripturas nulla alia mihi fuerunt praeſidia emendandi auctoris noſtri, et quamquam magnum numerum exemplarium poſt ducentos annos impresſorum ſtudioſe comparaueram, nihil tamen in his inueni, quod dignum commemoratione videretur. Fere omnia in omnibus locis deprauatis conſpirant, vt illa ex iisdem codicibus deriuata esſe agnoſcas. GVARINI Veronenſis Latina interpretatio, quam magnis laudibus effert TRITHEMIVS, ſpem, quam de ea conce-

 cepe-

ceperam plane deſtituit. Nec FRANCISCVS PORTVS, quem IOANNES CHERPONTIVS interpretationem Latinam ſuorum exemplarium emendaſſe gloriatur, PLVTARCHO inſigne hac opera beneficium praeſtitit. A Londinenſi editore GEORGIO SYLVANO omnia eximia exſpectaueram, ſed inuento iſto exemplari, quod non ſine magna cura inueſtigaueram, non ſolum nihil, quod me iuuare poſſet, reperi; ſed dubitare etiam coepi, puerisne illa ſcholia, an a puero ſcripta ſint. Sed mittam querelas de vulgaribus huius libelli editoribus, quia tanta eorum eſt multitudo, vt vel nomina enumerare longum foret. At FRANCISCI FABRICII ſcholiis, in hunc librum in multis publicis et plurimis priuatorum bibliothecis ſumma cura a me requiſitis, valde inuitus carui, quia et ſolertia iſtius viri, ex aliis operibus cognita, ſtomachum mihi ſolicitare poterat, et XYLANDRO indice didiceram, ſcriptis codicibus FABRICIVM vſum eſſe.

Praedicanda etiam eſt humanitas clariſſimi mihique amicitia coniunctiſſimi viri IOANNIS TOBIAE KREBSII, qui humanitatis ſtudia Chemnitii profitetur. Hic enim amicitiae et precibus meis hoc indulſit, vt perlecto PLVTARCHO noſtro obſeruationes ſuas eruditas, quibus auctorem partim illuſtrat, partim adnotationes emendat, ſuppeditaret. Earum non nullas in additamentis

pro-

protuli, omnes adiecturus, niſi ab ipſo viro docto alia lex mihi impoſita fuisſet.

Imaginum, quibus bibliopola, commendationem inde aucupans, frontem libelli exornare decreuit, non mihi hoc loco mentionem faciendam putarem, niſi gratiae meae hoc datum esſe agnoſcerem a clarisſimo itidemque mihi amicisſimo viro LAVRENTIO IOANNE DANIELE SVCCOVIO, ſolidae eruditionis artiumque elegantisſimarum laude in hac academia florentisſimo, quod ſcalptorum manus regere, et quum archetypi artificum imperitia aliquoties corrumperentur identidem nouos delineare non grauatus eſt.

Etiam illis gratias profiteor, qui grauioribus negotiis impediti, aut deſtituti facultate, paratum tamen me iuuandi animum declarauerunt.

Tironibus Graecarum litterarum nec celeberrimi HEVMANNI, nec meis, adnotationibus, quae magis emendationem locorum a librariis deprauatorum, quam explicationem rerum in medio poſitarum ſpectant, ſatisfieri potuit. Imo verendum erat, ne etiam paedagogi parum exercitati noſtrum PLVTARCHVM prae IVNCKERI et ſimilium commentatorum exemplaribus ſpernerent, quod haec fere praeterita in ſcholiis noſtris viderent, quibus ipſi maxime indigent explanatis. Itaque in

eorum gratiam IOANNIS HENRICI RAPPII pleniſſimum indicem, quo omnia fere vocabula copioſe illuſtrantur, adiiciendum putaui. Deſcripſi eum ex PLVTARCHO Argentorati anno tertio et ſexageſimo ſaeculi decimi ſeptimi edito. Non vbique illa exemplaria obuia eſſe, vel inde coniicio, quod et recentiores de hoc indice tacent editores, nec eius mentionem facit diligentiſſimus FABRICIVS, quum in quinto libro Bibliothecae Graecae OLAI HESYCHII, quem tamen longo poſt ſe ſpatio relinquit RAPPIVS, indicem in PLVTARCHVM commemoraſſet. Quoniam vero in conſtruendo indice ſuo RAPPIVS numeros ſequutus erat diuerſos ab iis, qui ſcholis vulgo recepti in noſtris quoque exemplaribus ſeruati ſunt perquam moleſtum laborem exantlaui, dum ſingulorum vocabulorum ſedes, quoties cumque in libro PLVTARCHI leguntur, inueſtigandae nouique numeri reſcribendi fuerunt. In hoc negotio ita verſatus ſum vt ſimul innumeros errores in illo indice obuios partim addendo, partim omittendo, partim mutando ſuſtulerim. Et propemodum poenituit me, quod non indicem nouum conficere animum induxi, quum quia non maiore opera fieri potuiſſet, tum quia praeuidebam, pleroſque omnes emendationum a me factarum immemores, earumque plurimarum ne conſcios quidem

cunct

uncta vitia, quae attentionem meam in anto numero ſubterfugerunt, negligentiae neae attributuros, meque retractando labo- e alieno varias reprehenſiones incurſu- um esſe. Parum etiam abeſt, quin ipſe neam ſtultam fortasſe verecundiam repre- iendam, quod ſuperflua quaedam parum- que vtilitatis habitura, et in his futiles quasdam genealogias vocabulorum, reſeca- e dubitauerim.

Si tamen ea mihi contigerit felicitas, vt tudium meum in hunc libellum impen- um aequis iudicibus non plane displiceat, rrorumque meorum facilem veniam aut enignam emendationem conſequar, non perae pretium modo fecisſe me arbitra- or, ſed ad edendos quoque plures ſcripto- es antiquos, et fortasſe ad emendandos etiam alios PLVTARCHI libros alacri animo accedam.

ΑΓΑ-

## ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον στήσαντο, Χερωνεῦ
Πλούταρχε, κρατερῶν υἷες Αὐσονίων,
Ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίστους
Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις.
Ἀλλὰ τεοῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
Οὐδὲ σύ γ' ἂν γράψαις. Οὐ γὰρ ὅμοιον ἔχεις

## AGATHIAE SCHOLASTICI IN IMAGINEM PLVTARCHI EPIGRAMMA

INTERPRETE I. F. H.

*Conſpicuam grati ſtatuam, Plutarche Quirites*
*Hanc Chaeronenſi conſtituere tibi,*
*Quod cum Graiorum geſtis tua ſcripta vicisſim*
*Contendunt Romae fortia facta ducum.*
*Tu tamen ipſe tuam nulli componere posſes*
*Vitam. Namque parem gens tibi neutra tulit.*

PHI

# PHILIPPI MELANCHTHONIS
## PROGRAMMA
### QVO PRAELECTIONES PVBLICAS IN HVNC PLVTARCHI LIBRVM DESTINATAS INDICAVIT.

## PHILIPPVS MELANCHTHON
### IVVENTVTI WITTEBERGENSI
### S.

*Qui Graeca Germaniae ſcholis profitentur, magna ex parte eos auctores interpretari ſolent, qui ad excolendam orationis* εὐμουσίαν *plurimum conducunt, interim animis erudiendis parum vacant. Nobis autem conſultum videtur, e media Graecia deligere optimae notae claſſicos, qui et ad linguae cultum, et ad vitae rationes formandas pertinent. Quo conſilio aliquot ſacras epiſtolas, aliquot item philoſophicos libellos praelegi, et modo Plutarchi librum de Inſtitutione liberorum interpretabor. In quo auctore nihil non*

*eſt*

*eſt ſummum : deinde in hoc libello adeo vobis conciliandae virtutis ratio praeſcribitur, vt dubitem, an a philoſophis vspiam melius quiddam traditum ſit litteris. Proinde veſtrum erit in hoc libello ſic verſari, vt eius lectionem non modo vtilem linguae, ſed omnino etiam vitae emendandae frugiferam putetis. Dii boni, quantum praeſtiterit has Plutarchi breues inſtitutiones didicisſe, quam aliquot interim centurias ſophiſticarum concluſionum, ipſis etiam Siculis nugis nugaciores? Valete et operam linguis diſcendis felicem locate. Wittenbergae, menſe Martio, Anno*

*M. D. XIX.*

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ
# ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

# PLVTARCHI CHAERONENSIS
L I B E R
DE
# EDVCATIONE LIBERORVM.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

# ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

## ΚΕΦ. α.

Τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, καὶ τίνι χρώμενοι σπουδαῖοι ἂν τοῖς τρόποις ἀποβαῖεν, φέρε σκεψώμεθα.

## ΚΕΦ. β.

Βέλτιον δ' ἴσως ἀπὸ τῆς γενέσεως ἄρξασθαι πρῶτον. Τοῖς τοίνυν ἐπιθυμοῦσιν ἐνδόξων

τέκνων

ΠΕΡΙ ΠΑΙΔ. ΑΓ.] Hunc libellum contuli cum Franciſci Fabricii viri doctisſimi atque diligentisſimi optima editione. Quanto cum fructu, vel adnotationes oſtendent. XYLANDER.

Cap. I. ἔχοι εἰπεῖν] Haec phraſis eſt elliptica. Subaudiendum enim eſt ἐξουσίαν. Id patet ex Luc. XII. 4. et 5. Nam v. 4. eſt ἔχειν, i. e. *poſſe*, ſed v. 5. plenius habetur ἔχειν ἐξουσίαν. Sic Act. IV. 14. habes ἔχω, quod v. 16. diſerte exponitur per δύναμαι. HEUM. Latine etiam ſic reddere posſis verba Plutarchi : *Quid dicendum ſit* etc. Nam verbum ἔχειν a Graecis non de eo ſolum, quod fieri *poteſt*, ſed etiam de eo, quod fieri *debet*, adhibetur. Noſter in erotico p. 753. Ἐὰν δὲ φάσκουσαν γυναῖκα φυγεῖν τις ἂν ἔχοι καὶ βδελυχθείη. Noſtrates dicunt : *man hat ſich in acht zu nehmen.*

σπουδαῖοι ἂν τοῖς τρόποις] Codex Vulcobii σπουδαῖοι τοὺς τρόπους ἂν ἀποβαῖεν exhibet. Hanc ſcripturam

PLVTARCHI CHAERONENSIS

LIBER

# DE EDVCATIONE LIBERORVM.

## CAP. I.

Conſideremus age, quid dici poſſit de ingenuorum puerorum inſtitutione, et quanam ii ratione ad honeſtatem morum peruenire poſſint.

## CAP. II.

Videtur autem ab ipſa ordiendum eſſe natiuitate. Qui igitur patres fieri cupiunt claro-

ram tuetur etiam alia manus in excerptis a Celeb. Wolfio mecum communicatis. Vtraque conſtructio Plutarcho vſitata eſt, vt difficulter iudicari queat, quid hoc loco ſit praeferendum. Conf. infra cap. VI. n. 1. et VII. 5. Quartus tamen caſus apud Atticos ſcriptores magis eſt receptus. Iſocrates ad Demonic. ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπȣδαῖοι πεφυκέναι δόξȣσι.

Cap. II. 1. Βέλτιον] Comparatiuus h. l. ponitur pro poſitiuo, quem Graeciſmum adnotauit Vechnerus Hellenol. p. 31. ſeq. HEVM. Ita Palaephat. de incredib. XXXII. 3. Καὶ τȣ͂το δὲ γελοιότερον, pro γελοῖον, aut γελοιότατον. Aelian. lib. VI. hiſt. anim. cap. 40. ὧν θίγειν ȣ̓κ ἄμεινον. et cap. 44. ȣ̔́ μοι λέγειν αὐτὸν ἥδιόν ἐϛιν, quae formula etiam occurrit apud Herodot. lib. II. cap. 46. Vid. doctiſſimus Dukerus ad Thucyd. l. III. c. 9. p. 172. ſeq. et Celeberrimus Patruus meus ad Vechner. Hellenol. p. 58.

τέκνων γενέσθαι πατράσιν, ὑποθείμην ἂν ἔγω γε, μὴ ταῖς τυχέσαις γυναιξὶ συνοικεῖν. λέγω δὲ, οἷον ἑταίραις, ἢ παλλακαῖς. 2 Τοῖς γὰρ μητρόθεν ἢ πατρόθεν ἐκ εὖ γεγονόσιν ἀνεξάλειπ]α παρακολεθεῖ τὰ τῆς δυσγενείας ὀνείδη παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βελομένοις. Καὶ σοφὸς ἦν ἄρα ὁ ποιητὴς, ὅς φησιν·

Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένες
Ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τὲς ἐκγόνες.

3 Καλὸς ἔν παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, ἧ δὴ πλεῖσον λόγον ποιητέον τοῖς νομίμε παιδοποιΐας γλιχομένοις. 4 Καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ φρονήματα τῶν ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον ἐχόντω

πατράσιν] Sic eadem verborum conſtructione Latini dicunt: *non mihi licuit esſe tam beato.* HEVM. Etiam hac de re conſuli poteſt Vechnerus Hellenol. p. 370. ſeq.

λέγω δέ] Λέγω h. l. non ſignificat *inquam*, ſed ſignificat *ich meyne.* Sic Latini loquuntur: Ciceronem dico, *ich meyne den Ciceronem.* Vid. infra VIII. 12. HEVM. Ita ſolent Graeci rem, de qua agitur, clarius explicaturi. Sophocles Trachin. v. 9. Ἀχελῷον λέγω. et v. 750. τὸν δ' ἐμὸν λέγω Πατέρα. Conf. S. Pauli epiſt. ad Epheſ. V. 32. et, quem ibi laudat in curis philol. B. Wolfius, Raphelium.

2. παρακολεθεῖ τὰ τ. δ. ὀνείδη] Exemplum habemus Demeae, Demadis e tibicina meretrice filii, apud Athenaeum dipnoſ. l. XIII. p. 591. ὃν φρυατ]όμενόν ποτε ἐπὶ τε̃ βήματος ἐπεςόμισεν Ὑπερίδης εἰπών· Οὐ σιωπήσῃ, μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων φύσημα.

ὁ ποιη-

clarorum liberorum, iis ego quidem auctor ſum, ne cum vilioris notae mulieribus rem habeant, quales ſunt meretrices et pellices. Quorum enim vel a matre vel a patre aliquid vitii habent natales, eos per omnem vitam opprobria eius rei comitantur, ſuntque in promtu, probra ſi qui in eos et conuicia iacere volunt. Ac proinde ſapienter dictum eſt a Poëta:

*Niſi fundamenta ſtirpis iacta ſint probe,*
*Miſeros neceſſe eſt eſſe deinceps poſteros.*

Eſt itaque praeclarus erecti animi theſaurus honeſta natiuitas, cuius maximam ducere debent rationem, qui legitimam liberorum deſiderant procreationem. Enimuero ii, quibus

ὁ ποιητής] Euripides in Hercule furente v. 1261. ſeq. Verſus ipſos puris iambis ita reddidi:

*Origo ſtirpis ſi locata ſit male,*
*Hinc poſterorum pendet infelicitas.*

3. θησαυρός] Platonem ſuum ſequitur Noſter, quod ipſe oſtendit in libro de nobilitate poſt principium: Ἔτι δὲ ὁ Πλάτων ὅταν τὴν τῶν γονέων δόξαν θησαυρὸν εἶναι μέγαν φησὶν, οὐ καταφρονεῖν ἑαυτὸν διδάσκει τὴν εὐγένειαν.

4. ὑπόχαλκον καὶ κίβδ.] Metaphora a nummis ſumta. Erant autem ὑπόχαλκα νομίσματα, quae, quum aerea eſſent, extrinſecus aurum vel argentum mentiebantur. Κίβδηλα vero, quibus vilius aliquod metallum admiſcuerant παραχαράκται. De his vid. Spanhem. ad Ariſtoph. Ran. v. 733.



quae elui nullo modo possunt,

των τὸ γένος σφάλλεσθαι καὶ ταπεινῦσθαι πέφυκε. 5 Καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησι·

Δȣλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά.

6 Ὥσπερ ἀμέλει τὐναντίον μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων διασήμων.

5. λέγων - φησί] Talia participia apud Graecos eleganter πλεονάζȣσιν. Ita Herodot. III. 156. ἔφη λέγων. Conf. Clariſſ. Io. Conr. Schwartz ad Theophraſt. Char. mor. VIII. 7.

ποιητής] Euripides Hippol. v. 424. ſeq. vbi poſterior verſus ſic legitur: Ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς, ἢ πατρὸς κακά. Et recte ita protulit Noſter eundem verſum de aud. poët. cap. VIII. Nec mireris, matrem praeponi patri. Iſtum ordinem enim non numquam emphaſis requirit. Sic ſupra huius capitis n. 2. ſcripſit Plutarchus: Τοῖς γὰρ μητρόθεν, ἢ πατρόθεν ȣ̓κ εὖ γεγονόσιν. Sophocles Antig. v. 923. Μητρὸς δ' ἐν ᾅδȣ καὶ πατρὸς κεκευθότοιν.

Δȣλοῖ γάρ] Hos verſus ita reddidit Camerarius in fabulis Aeſopi p. 147:

*Animos virorum fortium quoque deiicit,*
*Si patris aut matris meminerint dedecus.*

Eosdem rurſus recitat Plutarchus lib. de audiendis poëtis p. 28. eosque reprehendit. Vid. Olearii nota ad Stanleii Hiſtor. philoſ. p. 261. fin. HEVM. Verbum δȣλόω eundem ſignificatum, nimirum *deprimendi, abiectum faciendi* etiam habet apud Thucydidem II. 61. Δȣλοῖ γὰρ φρόνημα, τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον. Confer. Kuhnium ad Aelian. II. V. H. 14.

6. μεγαλαυχίας κ. τ. λ.] Amiotus haec interpretatur: *en ont le coeur plus elevé, et en conçoivent plus de*

bus genus eſt inſincerum nec incorruptum, animos remittere et ad humilia conuertere mentem ſolent: rectisſimeque cecinit Poëta:

*Culpae patris matriſue conſcius ſibi*
*Animus, licet generoſior, ſit debilis.*

E diuerſo arrogantia quaedam et inſolentia intrat animos illuſtribus natorum parentibus.

*de generoſité.* Et posſit aliquis dubitare, vtrum Plutarchus hoc loco de virtute, an vitio τῇ ταπεινότητι καὶ μικροψυχίᾳ oppoſito agere voluerit. Certe αὐχεῖν cum compoſitis ſuis non ſemper pro *iactare* accipitur. Apud Ariſtophanem in Auib. v. 629. ἐπαυχήσας ſcholiaſtes explicat μεγαλοφρονήσας, et Celeb. Hemſterhuſius vertit *erectus.* Nec aliter accipienda eſſe puto apud Suidam tom. II. p. 514. Kuſter. Μεγαλαυχούμενοι, κατεπαιρόμενοι· Ἔτι μεγαλαυχούμενοι τοῖς πραττομένοις, θερμότητα ἄγειν τὸ δεύτερον ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Exponunt ibi interpretes μεγαλαυχούμενοι *gloriantes.* Sed, quantum equidem in eiusmodi ἀποσπασματίῳ intelligere posſum, loci iſtius ſententia haec eſt: *Spiritus, quos e rebus feliciter geſtis ſumſerant, alacriores eos in ſecundum proelium dabant.* Conf. Zoſim. II. hiſt. 46. init. Quo minus tamen dubitem, apud Plutarchum μεγαλαυχίαν pro *iactantia* accipiendam eſſe, facit quod Themiſtoclis filius ſtatim dicitur πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς iſta oratione vſus eſſe, idque oſtentationem omnino arguit.

Φρυάγματος] Φρύαγμα proprie eſt equorum ferocitate exſultantium. Confer Gataker. ad Antonin. l. X. p. 364. et Spanhemium ad Callim. hymn. in Pallad. v. 2. p. 533. vbi Plutarchi hunc locum attulit, et φρύαγμα vertit *oſtentationem.* Malim, eadem Metaphora in Latina interpretatione ſeruata, vertere *ferociam.*

μων. 7 Διόφαντον γȣ̃ν τὸν Θεμιςοκλέȣς πολλάκις λέγȣσι φάναι καὶ πρὸς πολλȣ̀ς, ὡς ὅ τι ἂν αὐτὸς βȣ́ληται, τȣ̃το καὶ τῷ δήμῳ συνδοκεῖ τῷ τῶν Ἀθηναίων. ἃ μὲν γὰρ αὐτὸ ἐθέλει, καὶ ἡ μήτηρ, ἃ δ' ἂν ἡ μήτηρ, κα Θεμιςοκλῆς, ἃ δ' ἂν Θεμιςοκλῆς, κα πάντες Ἀθηναῖοι. 8 Πάνυ δὲ ἄξιον ἐπαινεῖ καὶ Λακεδαιμονίȣς τῆς μεγαλοφροσύνης, οἵτινες Ἀρχίδαμον τὸν βασιλέα ἑαυτῶν ἐζημίωσαν χρήμασιν, ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖ-

κα

7. Διόφαντον] Κλεόφαντον fuiſſe, e Platon et Stobaeo docet Iac. Palmerius in exercitationibu p. 214. Et ipſe Plutarchus in vita Themiſtoclis p. 12 vbi Themiſtoclis ex Archippa liberos enumerat, Cleo phanti, ſed nullam Diophanti, facit mentionem. Ad ſcripſit tamen hoc Plutarchi loco fretus Io. Alb. Fa bricius in bibl. Graec. l. IIII. c. XXII. p. 16. Themi ſtoclis filium numero clarorum Diophantorum. Hiſto riam ipſam aliter, an aliam? narrat Noſter, de The miſtocle in eius vita ſcribens: Τὸν δὲ υἱὸν ἐντρυφῶν τα τῇ μητρὶ, καὶ δι' ἐκείνην αὐτῷ, σκώπτων ἔλεγε πλεῖςον τῶν Ἑλλήνων δύνασθαι. Τοῖς μὲν γὰ Ἕλλησιν ἐπιτάττειν Ἀθηναίȣς, Ἀθηναίοις δ' αὐτὸ αὐτῷ δὲ τὴν ἐκείνȣ μητέρα, τῇ μητρὶ δ' ἐκεῖνον.

συνδοκεῖ] Olaus Heſychius et plures cum eo ed derunt συνδοκεῖν. Vnde hauſerint hanc ſcripturar ignoro, et falſam eam esſe ex ſequentibus apparet.

8. τῆς μεγαλοφροσύνης] Μεγαλοφροσύνη ma gnitudo animi eadem virtus eſt, quam Ariſtoteles με γαλοψυχίαν vocat. Eſt autem μεγαλόψυχος, philoſophus, quum alibi, tum Eudem. l. III. c. 5. d ſcribit: ὅστις ἄξιος ὢν μεγάλων, ἀξιοῖ αὐτὸς ἑαυ τὸν τȣ́των. Lacedaemonios igitur inde μεγαλόφρ νας vocat Noſter, quod regis maieſtatem etiam co

poi

bus. Certe Diophantum, Themiſtoclis filium, frequenter aiunt et ad multos dixisſe, quidquid ſibi placeat, id populo quoque Athenienſi probari. Quod enim ipſe velit, idem probari matri; quod matri, idem Themiſtocli; quod Themiſtocli, idem vniuerſo Athenienſium populo. Egregia vero laude digna eſt Lacedaemoniorum ſapientia, qui Archidamum regem ſuum pecunia mulctauerunt, quod puſillam vxorem ducere ſuſtinuis-

poris proceritate metientes, ſua virtute et gloria indignum putabant, ſi quis regem pumilionem ipſis exprobrare posſet, idque, quanta fieri poterat cura, cauebant. Similis huic eiusdem populi cautio erat, quam Socrates commemorat apud Platonem in Alcibiade primo: Ἠ̃ ἐκ ἤσθησαι τοῖς τε Λακεδαιμονίων βασιλεῦσιν ὡς μεγάλα τὰ ὑπάρχοντα; ὧν αἱ γυναῖκες δημοσίᾳ φυλάττονται ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ὅπως εἰς δύναμιν μὴ λάθη ἐξ ἄλλȣ γενόμενος ὁ βασιλεὺς, ἢ ἐξ Ἡρακλειδῶν.

Ἀρχίδαμον] Multi reges Lacedaemoniorum nomen *Archidami* gesſerunt. Vid. Stephani diction. Hiſt. poët. Hic Archidamus fuit Ageſilai, cuius vitam Corn. Nepos ſcripſit, pater. Plutarchus in vita Ageſilai eandem de Archidamo hiſtoriam refert. HEVM.

τὸ μέγεθος] Frequenter haec vox παρέλκει. Sic Herodot. I. 51. κρητῆρας μεγάθεϊ μεγάλȣς. Id. III. 107. μικροὶ τὰ μεγάθεα. et VII. 117. μεγάθεϊ μέγιστον. Theophilus apud Athenaeum l. XIII. p. 563. Κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς. Ariſtoph. Plut. v. 734. ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος. Aelian. l. VI. Hiſt. Anim. c. 51. ὀλιγωτέρα τὸ μέγεθος. Ibid. c. 63. et lib. VIII. 11. μεγέθει μέγιστον. Herodian. IIII. 8. 14. ἐν μικρῷ πάνυ τὸ μέγεθος σώματι.

κα γάμῳ λαβεῖν ὑπέμεινεν, ὑπειπόντες, ὡς ἐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκȣς παρασχεῖν αὐτοῖς διανοοῖτο.

## ΚΕΦ. γ'.

Ἐχόμενον δ' ἂν εἴη τȣ́των εἰπεῖν, ὅπερ ȣ̓δὲ τοῖς πρὸ ἡμῶν παρεωρᾶτο· ποῖον; ὅτι τȣ̀ς ἕνεκα

γυναῖκα] Eupoliam, Ageſilai matrem, intelligendam eſſe ſuſpicatur vir doctus, qui Breslauiae hunc Plutarchi librum emiſit. Non opus videtur ſuſpicione, quum res probari poſſit ex ipſo Plutarcho, qui quum Ageſilai, ſub initium vitae eius, τὴν πήρωσιν τȣ̃ σκέλȣς retuliſſet, adiecisſetque, ὅτι λέγεται μικρός τε γενέσθαι καὶ κατ' ὄψιν εὐκαταφρόνητος, hiſtoriam de Archidamo mulcta affecto ex Theophraſto ſtatim ſubtexuit.

βασιλίσκȣς] Pro βασιλίδας, βασιλίδια legi, rationem grammaticam Fabriciana editione comprobante. Et quidem apud Plutarchum initio Ageſilai, vbi eadem hiſtoria Dorice refertur, βασιλείδια legitur. Ego *reguneulos* quam *regulos* malui vertere, quia *reguli* vox aliud quam regem pumilionem ſignificat. XYLAND. Βασιλίσκȣς etiam habet Athenaeus, qui eandem hanc hiſtoriam narrat lib. XIII. p. 566. Conf. Muretus lib. III. Var. lect. cap. 2. fin. Porro verti *regulos*, ſecutus Liuium, in cuius lib. XXIX. cap. 30. bis *regulum* vocat, quem cap. 29. nominarat *regem puerum.* Sic rurſus Liuius XXX. 36. et XLII. 24. HEVM. Exemplar Francofurtenſe anni 1620. (quod in poſterum litteris *Francof.* indicare libet) praefert βασιλίσκȣς, idque plerisque editoribus placuiſſe video. Quum tamen βασιλείδια Plutarcho alibi placuerit, eademque ſcriptura nitatur auctoritate codicum, quorum lectiones ad finem huius libri dedimus, non immerito haec ſcriptura praeferenda videri queat. Βασιλίδια poſt Olaum Heſy-

nuiſſet cauſam interponentes, quod is non reges, ſed regulos ipſis cogitaret exhibere.

## CAP. III.

Proxime ſequitur, vt dicamus id, quod nec ab iis neglectum eſt, qui ante nos hoc argumen-

Heſychium nuper dedit Breslauienſis editor, et Xylandro id placuiſſe, adnotatio eius docet. Ego non videns, quomodo vox iſta defendi queat, ſuſpicor, Xylandrum *βασιλείδια* ſcribere voluiſſe. Videant ii, quibus Franciſci Fabricii adnotationes inſpicere contigerit. Aldi et Baſileenſe exemplar *βασιλίδας* exhibet.

*διανοοῖτο.*] Aliquot ex recentioribus, et in his Olaus Heſychius, neſcio vnde acceptum ediderunt *διενοεῖτο.* Sine cauſa. Herodianus V. 7. 11. in re ſimili optatiuo vtitur: Α'*ιτίας γελοιοτάτας ἐπιφέρων, ὡς διαφθείροιεν αὐτῷ τὸν δοκοῦντα υἱόν.*

Cap. III. 1. Ε'*χόμενον δ' ἂν εἴη*] Eadem formula vtitur Ariſtoteles lib. II. Magn. Moral. cap. 15. initio. Idem Nicom. IX. 12. fin. habet: *ἑπόμενον ἂν εἴη.* et Rhet. I. 10. 1. Ε'*χόμενον* ſaepe ſignificat *adhaerens, proximum,* quod quaſi manu tenet alterum. Sic Iſocrates p. 64. *ὁ λόγος ἐχόμενος, ſermo proxime ſequens.* Idem p. 104. *τὰ ἐχόμενα τούτων, quae haec proxime ſequuntur.* et p. 140. *ἡ ἐχομένη νῆσος, vicina, terrae proxima inſula.* Vid. Marc. I. 38. et ad h. l. Elſnerus. In verſione Iunkeri hoc *ἐχόμενον* ridicule redditum fuit: *Habitum eſt.* Et infra cap. V. n. 1. idem multo abſurdius redditum eſt in eadem verſione. Scilicet Iunkerus non penetrauerat ad interiora linguae Graecae hisque literis non imbutus, ſed tantum mediocriter tinctus erat. HEVM.

*ποῖον;*] Eleganter infra c. VII. n. 10. Τὸ *ποῖον;* addito articulo. Ita ſolere Atticos adnotauit ſcholiaſtes

ἕνεκα παιδοποιΐας πλησιάζοντας ταῖς γυναιξὶν, ἤτοι τὸ παράπαν ἀοίνους, ἢ μετρίως γοῦν οἰνωμένους, ποιεῖσθαι προσήκει τὸν συνουσιασμόν. 2 Φίλοινοι γὰρ καὶ μεθυστικοὶ γίνεσθαι φιλοῦσιν, ὧν ἂν τὴν ἀρχὴν τῆς σπορᾶς οἱ πατέρες ἐν μέθῃ ποιησάμενοι τύχωσιν. 3 Ἧι καὶ Διογένης μειράκιον ἐκστατικὸν ἰδὼν καὶ παραφρονοῦν, Νεανίσκε, ἔφησεν, ὁ πατήρ σε μεθύων ἔσπειρε.

liaſtes Ariſtoph. ad Plut. v. 5. Sic in hac ipſa periodo habemus τὸ παράπαν. Et potuit hoc etiam loco a Plutarcho adiectus excidere articulus ob vltimam ſyllabam verbi praecedentis παρεωρᾶτο. Vide quae ſcripſi cap. XVIII. n. 9. ad vocem ἐβουκόλησε.

τὸ παράπαν] Francof. τοπαράπαν, vna voce. Articulum ſeorſim exhibent recentiores, et hanc ſcribendi rationem priſcorum codicum auctoritate niti et Waſſio probatam eſſe, plures eius adnotationes ad Thucydidem, quae leguntur in praefat. Dukeri, declarant.

μετρίως γοῦν οἰνωμ.] Idem praecipit Plato apud Athenaeum lib. X. p. 431. HEVM.

2. Φιλοῦσιν] *Solent.* Graeciſmus, quo et Latini poëtae ſubinde vtuntur. Exempla pete ex Vechneri Hellenol. ex Cellarii Cur. poſter. et Antibarb. HEVM. Graecorum ſcriptorum exempla Celeb. Alberti in obſ. philol. ad Matth. VI. 5. et index Thucydidis ſuppeditant.

3. παραφρονοῦν] Παραφρονεῖν ſcholiaſtes Ariſtoph. ad Plut. v. 2. explicat μαίνεσθαι et παρὰ τὸ εἰκὸς φρονεῖν. Kuſterus ibi pro παρὰ τὸ εἰκὸς reponendum cenſens εἰκῇ, merito reprehenditur a Lamb. Bos et Celeb. Hemſterhuis. Defendi etiam poteſt dicendi formula παρὰ τὸ εἰκὸς φρονεῖν auctoritate ſcholiaſtae, quem in Sophoclis Aiacem et Electram habeo

gumentum tractauerunt. Quidnam, inquies? Scilicet qui congreſſuri cum vxoribus ſunt prolis gignendae cauſa, eos aut omnino vini vacuos, aut certe mediocriter eo vſos coire conuenit. Solent quippe vinoſi et ebrioſi euadere, quos patres generarunt ebrii. Quam ob rem etiam Diogenes adoleſcentulum videns fatuum et dementer ſeſe gerentem: Adoleſcens, inquit, pater te ebrius ſemina-

habeo ineditum. Is autem ad Electram v. 474. ſcribit: παράφρων, ἤγεν παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦσα.

ἔσπειρε.] Pro ἔσπειρε Diog. Laërtius lib. VII. §. 18. idem dictum recitans habet ἐγέννησε. Sic σπείρειν ſignificat *generare* apud M. Antoninum Imp. lib. IX §. 3. vbi Gatakerus eum non perſpexit. Sic σπέρμα, *poſteri*. Vid. Pfochenius de ſtylo N. T. §. 109. Etiam σπείρας, i. e. *pater*, legitur in Antipatri epigrammate in Biblioth. MS. Vffenbach. p. 579. Virgil. Aen. II. 540: ſatum *quo te mentiris*. Plautus Amphitr. I, 2, 30: *puer* ſeminatus. Cic. l. 1. de Offic. cap. 32. *Hercules Iouis* ſatu *editus*. Arnobius lib. II. p. 93. *Hi ex conuentu Iouis* inſeminati *et nati ſunt*. Auguſtinus de C. D. lib. XIV. cap. 23. dixit: *ſeminare genitale aruum*. Vid. Keuchenius adnot. ad Samonicum p. 219. Et rectiſſime *ſeminare* de *patre* dicitur. Quantum enim agricola confert ad producendum ex agro frumentum, tantum etiam, non plus, confert pater ad producendos liberos. HEVM. Elegans etiam eſt locus Noſtri in Coniug. praeceptis p. 144. Τούτων δὲ [ἀρότων] πάντων ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. Simili metaphora pro σπείρειν etiam adhibent φυτεύειν. Liban. Epitaph. Iulian. f. 89. ὅπως παῖδας φυτεύσειε κληρονόμους τῆς ἀρχῆς. Conf. Celeb. Hemſterhuis ad Luciani colloqu. ſelect. p. 105.

τοσαυ-

ρε. Καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως τοσαῦτα εἰρήσθω μοι.

## ΚΕΦ. δ'.

Περὶ δὲ τῆς ἀγωγῆς καὶ δὴ λεκτέον. Καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, ὃ κατὰ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν λέγειν εἰώθαμεν, ταυτὸν καὶ κατὰ τῆς ἀρετῆς φατέον ἐστὶν, 2 ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν, φύσιν, καὶ λόγον, καὶ ἔθος. Καλῶ δὲ λόγον μὲν τὴν μάθησιν, ἔθος δὲ τὴν ἄσκησιν. 3 Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ τῆς φύσεως, αἱ δὲ προκοπαὶ τῆς μαθήσεως, αἱ δὲ χρήσεις τῆς μελέτης, αἱ δ' ἀκρότητες πάντων. Καθ' ὃ δ' ἂν λειφθῇ τι τούτων, κατὰ τοῦτ' ἀνάγκη χωλὴν γίνεσθαι τὴν ἀρετήν. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθή-

τοσαῦτα εἰρήσθω μοι.] Hanc formulam habes apud Ariſtotelem I. Rhetor. extr. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀτέχνων πίστεων εἰρήσθω ταῦτα. Conf. idem Poët. cap. 3. et 4. Similes vide ibidem cap. 14. 15. et 22. et lib. 1. de morib. c. 3. Plura dabimus infra ad cap. X. n. 13.

Cap. IIII. 1. ταυτὸν] Codd. Turn. Vulcob. et Bong. ταυτό. Sed vid. quae dixi ad cap. VII. n. 15.

ἀρετῆς] Ἀρετὴ h. l. non ſignificat virtutem ethicam, ſed *quemuis habitum bonum.* Sic *virtus* apud Phaedrum I. fab. XI. v. 1. HEVM.

2. δικαιοπραγίαν] Male ab omnibus vertitur *iuſtitiam.* Fabricius B. G. III. 4. p. 71. docet, δίκαιος aliquando ſignificare *rechtſchaffen.* Et ſic δικαιοπραγεῖν ſignificat, *etwas ſo machen, daß es recht und rechtſchaffen gemacht heiſſet.* HEVM.

τρία δεῖ συνδραμεῖν] Sic Ariſtoteles lib. III. Rhetoric. cap. 12. ſcribit, tria requiri ad literarum ſtudia *natu-*

† vide Addenda.

minauit. Atque haec quidem de generatione dicta ſunto.

## CAP. IIII.

Nunc de educatione dicendum. Vt igitur generatim loquar, quod de artibus et ſcientiis ſolemus, idem et de virtute pronuntiandum eſt: ſcilicet ad eius perfectionem tria oportere concurrere: naturam, inſtitutionem, et adſuefactionem. Inſtitutionis autem nomine intelligi volo doctrinam, et adſuefactionis nomine exercitationem. Initia nimirum debentur naturae, progreſſiones diſciplinae, vſus exercitationi, ſummum faſtigium vniuerſis. Et vbi horum quodcunque defecerit, ab ea parte mancam fieri

*naturam*, quae incipiat; *artem*, quae dirigat; *vſum*, qui perficiat. Conf. Andr. Schottus lib. 1. Tull. quaeſt. cap. 8. HEVM.

3. τῆς φύσεως, αἱ δὲ προκοπαὶ] Haec verba in quibusdam editionibus non leguntur. Sed et antecedentia et ſubſequentia clamant, verba illa ab improuido librario fuiſſe omiſſa. HEVM.

μελέτης] Μελέτη h. l. ſignificat *exercitationem*, vt *meditatio* apud Quintilianum de cauſ. corr. eloqu. cap. 33. 6. HEVM.

ἀνάγκη] Saepe hoc ſubſtantiuum ſine verbo adiecto a Graecis adhibetur pro ἀναγκαῖόν ἐστιν. Ita Herodot. II. 65. extr. τεθνάναι ἀνάγκη. Xenoph. Cyrop. I. 2. ἀνάγκη τοξεῦσαι et ἀνάγκη θηγεσθαι, Conf. verſus Eurip. ſupra c. II. n. 2. Non nunquam addunt adiectiua. Herodot. II. 35. Τρέφειν τοὺς τοκέας

μαθήσεως τυφλὸν, ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές. 4 Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς γεωργίας πρῶτον μὲν ἀγαθὴν ὑπάρξαι δεῖ τὴν γῆν, εἶτα δὲ φυτουργὸν ἐπιστήμονα, εἶτα τὰ σπέρματα σπουδαῖα, τὸν αὐτὸν τρόπον γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δὲ ὁ παιδεύων, σπέρματι δὲ αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι, καὶ τὰ παραγγέλματα. 5 Ταῦτα πάντα διατεινάμενος εἴποιμι, ὅτι συνῆλθε καὶ συνέπνευσεν εἰς τὰς τῶν παρ' ἅπασιν ᾀδομένων ψυχὰς, Πυθαγόρου, καὶ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν, ὅσοι δόξης ἀειμνήστου τετυχήκασιν. 6 Εὐδαίμων μὲν οὖν καὶ θεοφιλὴς, εἴ τῳ ταῦτα πάντα θεῶν τις ἀπέδωκεν. 7 Εἰ δέ τις οἴεται, τοὺς οὐκ εὐ-

νέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμίη ἀνάγκη, μὴ βουλομένοισι. τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη. Sophocl. Electr. v. 1628. Ἦ πᾶσ' ἀνάγκη τήνδε τὴν στέγην ἰδεῖν; Ibi gloſſator meus ὑπάρχει ſupplet.

6. Εὐδαίμων μὲν οὖν καὶ θεοφιλής] Sic legit Fabricius: ſed noſtra lectio nihilo videtur deterior, quae etiam eſt in ſcripto codice Epiſcopiano noſtro, et eodem recidit. XYLAND. Εὐδαίμων μὲν οὖν καὶ θεόφιλής etiam editum eſt in exemplari Francof. ſed Xylander puto ſequutus erat ſcripturam Aldi et Baſileenſis editoris: Εὔδαιμον μὲν οὖν καὶ θεοφιλές.

θεοφιλής] Θεόφιλος, *qui amat Deum*: θεοφιλής, *qui amatur a Deo*. De hac voce copioſe et erudite agit I. H. Maius iun. Obſ. ſacr. lib. I. cap. 38. Conf. Heinſium ad Heſiodum p. 65. Eodem, quo Plutarchus, ſenſu Virgilius ſcribit Aen. VI. 129: *Hoc opus, hic labor eſt: pauci quos aequus amauit Iupiter - - potuere.* Liuius lib. 1. c. 23: *Si nos dii amant.* Vid. Sciop-pius

fieri virtutem neceſſe eſt. Natura quippe, abſque diſciplina ſi ſit, caeca eſt: diſciplina, ſi a natura deſtituatur, mutila eſt: exercitatio, cui et natura et diſciplina deeſt, imperfecta eſt. Et quemadmodum ad agriculturam primum requiritur bona tellus, deinde peritus colonus, denique ſemina frugi: ita plane hic natura telluri, agricolae magiſter, ſemini praecepta doctrinarum atque regulae reſpondent. Haec ego omnia adfirmare auſim conueniſſe atque conſpiraſſe in animis omnium ore decantatorum hominum, Pythagorae, Socratis, Platonis, atque aliorum, qui nulla vnquam obliuione delendam gloriam ſunt conſecuti. Sane beatus diisque carus eſt, cui deus aliquis iſta tribuit vniuerſa. Quod ſi quis putat, eos, qui

pius ſuſpect. lect. lib. 2. epiſt. 17. Contra Phaedrus IV. 19. 15. *Diis eſt iratis natus, qui eſt ſimilis tibi.* Sic apud Virg. Aen. II. 647. *Diis inuiſus* eſt *infelix*, qui diis non eſt curae. HEVM. Demophilus in ſententiis, quas edidit Gale in opuſc. mythol. p. 624. Σοφὸς ἄνθρωπος καὶ θεοφιλής, *ſapiens homo et diis carus.* Male ibi interpres reddit *pius.* Et recte Gronouius apud Herodot. I. 87. mutata priore verſione, verba ὡς εἴη Κροῖσος καὶ θεοφιλὴς καὶ ἀνὴρ ἀγαθὸς ſic interpretatur: *diis gratum ac bonum virum eſſe Croeſum.*

7. Εἰ δέ τις οἴεται - - ἀναδραμεῖν] Ita legendum ſuſpicor: Εἰ δέ τις οἴεται, τοὺς οὐκ εὖ πεφυκότας, μαθήσεως καὶ μελέτης τυχόντας ὀρθῆς πρὸς ἀρετὴν, εἰς τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν ἐνδέχεσθαι ἀναδραμεῖν, hoc eſt, *facile contingere, vt in naturae ſuae vitium recurrant.* Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. De voce ἐνδέχεται vid. Lucae XIII. 33.

εὖ πεφυκότας, μαθήσεως καὶ μελέτης τυχόντας ὀρθῆς πρὸς ἀρετήν, οὐκ ἂν τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν εἰς τοὐνδεχόμενον ἀναδραμεῖν, ἴστω πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς διαμαρτάνων.
8 Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή· καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ

ταῖς

HEVM. Mire torſit hic locus Plutarchi editores. Olaus Heſychius, quia vox ἀναδραμεῖν ipſi nullum parere ſenſum videbatur, e codice Vulcobii edidit ἀναδαμεῖν. Sed nec expoſuit, nec puto exponere potuit, quem ſenſum ſanum fundat vox ἀναδαμεῖν, quae mihi certe nullo modo hic ferri poſſe videtur. Idem ſentio de verbo ἀναλαβεῖν, quod in aliquot impreſſis deprehendi. Mihi non dubium videtur, quin ἀναδραμεῖν, quod antiquorum codicum et ſcriptorum et impreſſorum fere omnium auctoritate defenditur, genuinum ſit, atque, dum recte explicetur, commodiſſimam ſententiam efficiat. Coniungendum cenſeo infinitum ἀναδραμεῖν cum praecedentibus vocibus πρὸς ἀρετήν. Πρὸς ἀρετὴν ἀναδραμεῖν dixit Plutarchus, vt Thucydides l. III. c. 89. πρὸς τὰ μετέωρα ἀναδραμεῖν. Scilicet ἀνατρέχω ſignificat ἄνω τρέχω, quam vim habet ἡ ἀνὰ in ἀναβαίνω, ἀνέρχομαι ac ſimilibus. Hoc ſi animaduertiſſet Longi paſtoralium editor, non tentaſſet verba lib. III. p. 101. v. 19. Δάφνις δὲ ἀναδραμὼν ἐξήκετο τρυγῆσαι καὶ κομίσαι δῶρον Χλόῃ. Hoc loco ἀναδραμὼν idem eſt, quod paullo ante ἀνελθών, et vertendum *conſcenſa arbore*. Vide locum in auctore, et apparebit, non opus eſſe cum Petro Moll τρυγῆσαι καὶ κομίσαι mutare in τρυγήσας καὶ κομίσας. Sed ad Plutarchum redeo, cuius haec verba τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν, ita accipio, ac ſi ſcriptum eſſet, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν. Saepis-

pis-

qui ingenio non ſunt bono, licet ad virtutem recte inſtituantur atque exerceantur, in naturae vitium facile retro ſublapſos referri; is ſciat, in errore ſe non leui, immo vero maximo verſari. Naturae enim bonitatem ſocordia corrumpit, vitium doctrina corrigit: et quum facilia per negligentiam

piſſime haec praepoſitio ante pronomina ἐλλείπει, nec ante ſubſtantiua haec omiſſio inuſitata. Vid. Lamb. Bos de ellipſ. p. 306. At vir cl. Alberti in obſ. phil. ad Matth. V. 6, p. 28. negat, Graecos, qui proſa quidem oratione vſi ſint, ante ſubſtantiua τὴν διὰ ſubintelligendam omiſiſſe. Sed quid iſti αἰτίαν ταύτην in Pauſaniae Achaicis p. 545. faciamus? An cum Sylburgio δι᾽ αἰτίαν ταύτην reſcribamus? Malo equidem cum Kuhnio ellipſin ſtatuere. Iam vero, ſiue Plutarchi verbis particulam διὰ inſeras, ſiue, quod conſultius puto, ſubaudias; totius loci haec fere erit ſententia: *Quodſi quis putat, illos, quibus natura non ita bonum largita eſt ingenium, etiam ſi recte inſtituantur et exerceantur, non tamen ob naturae defectum vel ad mediocrem adſpirare perfectionem; is ſe ſciat multum, imo prorſus, a veritate aberrare.*

ἴϛω - - διαμαρτάνων.] Pro ἴϛω διαμαρτάνειν. Ita ſolent Attici. Thucyd. VI. 39. μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες. Ariſtoph. Plut. v. 945. γινώσκω γὰρ ἥττων ὤν. v. 963. ἴσθ᾽ ἐπ᾽ αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη. Eccleſiaz. v. 512. συμμίξας οἶδα. Xenoph. in Hierone p. 906. E. ἴσασιν ὄντες. Idem apud Diogenem Laërt. l. II. ſ. 55. ᾔδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Iulian. Miſopog. p. 363. C. τοιαῦτα εἰπὼν τότε μέμνημαι. Noſter infra cap. VIII. n. 12. μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. Conf. Vechneri Hellenol. lib. 1. P. II. c. 29. pag. 357.

8. χαλεπαὶ ταῖς ἐπιμελείαις] Quintilianus lib. I. Inſtitut.

ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται. 9 Καταμάθοις δ' ἄν, ὡς ἀνύσιμον πρᾶγμα καὶ τελεσιεργὸν ἐπιμέλεια καὶ πόνος ἐςὶν, ἐπὶ πολλὰ τῶν γιγνομένων ἐπιβλέψας. Σταγόνες μὲν γὰρ ὕδατος πέτρας κοιλαίνουσι, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐκτρίβονται· οἱ δ' ἁρμάτειοι τροχοὶ πόνῳ καμφθέντες, οὐδ' ἄν, εἴ τι γένοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυω-

ſtitut. Orat. cap. 1. *Praeſtat ingenio alius alium: nemo tamen reperitur, qui ſit ſtudio nihil conſecutus.* HEVM.

9. Σταγόνες μὲν γὰρ ὕδατος] Galenus alicubi ſcribit: Κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ, h. e. *cauat petram aquae ſtilla aſſiduitate.* Ouidius lib. I. de arte am. v. 475:

*Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius vnda?*
*Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.*

Seneca Quaeſt. nat. lib. IV. c. 3. *Stillicidii caſus lapidem cauat.* Vid. Muretus Var. lect. lib. XII. cap. 14. Andr. Schottus Quaeſtion. Tullian. lib. IV. cap. 22. p. 378. Lambinus ad Lucretium I. 314. Rittershuſius ad Iſid. Peluſ. lib. II. epiſt. 284. Fabricius B. G. V. 29. p. 626. HEVM.

σίδηρος] Ouidius Triſt. IV, 6, 13:

*Hoc* (tempus) *tenuat dentem terras renouantis aratri,*
*Hoc rigidas ſilices, hoc adamanta terit.* HEVM.

κιττοφοροῦντες] Lego κοιτοφθοροῦντες, *lectum coniugalem polluentes.* Nam ex ſequenti phraſi patet, Plutarchum h. l. loqui de ſolo adulterio. Sic. Hebr. XIII. 4. κοίτη iubetur eſſe ἀμίαντος. Conf. Rom. XIII, 13. Ita φθορεὺς, *corruptor mulierum*, *adulter*, apud Plutarchum de poët. aud. p. 18. Διαφθείρειν ſignificat *vitiare* ſeu *ſtuprare mulierem* apud Lyſiam Orat. I. p. 4. 6. 9. 18. et apud Aelianum Var. Hiſt. IX. 8. Apud Heſychium οἰκοφθόροι ſunt *moechi.* Παιδοφθόρος eſt *puerorum corruptor et ſtuprator.* Conf. Hammondus not. ad 2. Petr. I. 4. Sic virgo ἀδιάφθορος, *incorrupta* apud Aelianum XII. 1. p. 546. Vid. Suicerus Theſ. eccl. v. ἀῤῥενοφθορέω. In Athenaeo etiam pro διαφορὰν repoſuit διαφθορὰν Caſaubonus Animadu. lib. XV. cap. 8. p. 903. Plutarchus infra cap. XV. n. 5. meminit οἰκοφθορίας γυναικῶν γαμετῶν. Διαφθορὰ etiam apud Herodianum I. 11. 12. ſignificat *corruptionem virginitatis.* HEVM. Κοιτοφθορεῖν an dixerint veteres, ignoro. Et ſi vel eo ſenſu, quem Vir ſumme venerabilis voluit, adhibuerint, tamen poſt verbum μοιχεύειν, mihi non veriſimile ſit, Plutarchum vocabulum eiusdem ſignificationis addidiſſe. Libentius igitur verbum κιττοφορεῖν cum pluribus interpretor *bacchari*, idque eo maiore fiducia, quod ſummum noſtri aeui philologum Io. Matth. Geſnerum in Chreſtom. Plin. XXX. 4. huic ſententiae accedere memini. Notum eſt, Bacchi eiusque cultui deditorum geſtamen thyrſum, ſiue hederam fuiſſe. Hinc Niceratus in Anthol. l. I. c. 59. epigr. 7. de Cratino vinolento poëta:

> Τοὶ γὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ
> Μέτωπον ὥσπερ καὶ σὺ [Διόνυσε] κεκροκωμένον.

In

menteſ. Qui ſi verſati cum philoſopho aliquo fuisſent, nunquam profecto talibus ſeſe man-

In hoc epigrammate, quod in tranſcurſu attingam, pro νεκροκωμένον, quod male ab H. Stephano in theſauro explicatur, nec, ſi quid video, commode hic explicari poteſt, equidem reſcribendum esſe coniicio κεκριμωμένον. Quod ad hederae geſtationem attinet, Antigonum etiam κιττοφορȣ̃ντα habes apud Herodianum l. I. hiſtor. c. 3 n. 7. Puto igitur eodem ſenſu Noſtrum κιττοφορεῖν dixisſe, quo Iuuenalis ſat. II. v. 3. *bacchanalia viuere.* Nec vero dubitabit, quin bacchantium libidines νεανικὰ, imo τραγικὰ, ἁμαρτήματα vocari queant, ſi quis legerit horum ſcelera apud Liuium l. XXXVIIII. c. 8. ſeqq. et apud Garellium, quem ſub nomine Matthaei Aegyptii latere ferunt, in erudita ſenatus conſulti de Bacchanalibus explicatione.

μίαν ἡδονὴν θανάτȣ τιμ.] Senſus eſt: *vel ob vnicum gaudium, ſiue furtum, mortis periculum ſubire non dedignantur.* Moechorum enim teſte Venuſino poëta lib. I. ſat. II. v. 41.

*Hic ſe praecipitem tecto dedit: ille flagellis*
*Ad mortem caeſus* reliqua.

21. Φιλοσόφῳ δὲ ὁμιλ.] Codices Vulcobii, Bongarſii et Voſſianus liber φιλοσοφίᾳ δὲ ὁμιλήσαντες exhibent. Vtramque phraſin priſcis esſe familiarem, nec ſolum ὁμιλεῖν πολεμίοις, verum etiam ὁμιλεῖν πολέμῳ et ſimilia apud optimos legi ſcio. Hic tamen vulgata ſcriptura multum praeſtat. Non enim Plutarchus hoc loco agit de doctrinis, quibus imbuendi ſint, ſed de hominibus, quibuscum verſari debeant adoleſcentuli.

ȣ̓ τοῖς ἴσοις] Veram iudico ſcripturam codicum Vulcob. Bongarſ. et Voſſ. ȣ̓ τοιȣ́τοις ἴσως.

 φορτι-

πράγμασιν ἑαυτὸς ἂν καταπειθεὶς παρέσχοντο, καὶ τόγε παράγγελμα τοῦ Διογένους ἔμαθον ἂν, ὃς φορτικῶς μὲν τοῖς ῥήμασιν, ἀληθῶς δὲ τοῖς πράγμασι παραινεῖ, καί φησιν· Εἴσελθε εἰς πορνεῖόν που, ἵνα μάθῃς, ὅτι τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει.

## ΚΕΦ. ή.

Συνελὼν τοίνυν ἐγώ φημι, καὶ χρησμολογεῖν μᾶλλον, ἢ παραινεῖν δόξαιμ' ἂν εἰκότως, ὅτι ἓν πρῶτον, καὶ μέσον, καὶ τελευταῖον

φορτικῶς μὲν τοῖς ῥήμασιν] I. e. οὐκ εὐσχημόνως, *verbis parum caſtis, ridiculis, ſcurra magis, quam philoſopho dignis, atque ob id ipſum viro graui moleſtis.* Hunc vſum aduerbii φορτικῶς me docuit ipſe Plutarchus in vita Solonis p. 79. E. vbi dicitur Solon φορτικώτερον, ἢ φιλοσοφώτερον ἐν τοῖς ποιήμασι διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἡδονῶν, quae verba Cruſerius non male interpretatur: *in verſibus licentiore, quam pro philoſopho oratione vſus de voluptatibus.* Et Solonis verſiculos fuiſſe non admodum pudicos, vel ea λείψανα teſtantur, quae profert Plutarchus in Amatorio et alibi. Etiam apud Ariſtophanem Veſp. v. 66. κωμῳδία φορτικὴ, niſi me fallit coniectura, eſt, quae propinat γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον. Adde quod Ariſtoteles lib. III. Ethicor. Nicom. cap. 14. Οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ, inquit, ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοὶ, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον. Non recte interpres Ariſtotelis vocabulum φορτικοὶ reddidiſſe videtur *contemti homines.* Φορτικοὺς puto philoſophum dixiſſe τοὺς αἰσχρολόγους.

ὅτι

mancipaſſent rebus, ſed Diogenis praeceptum didiciſſent, qui verbis quidem durioribus, vere tamen, quod ad rem ipſam attinet, monuit: Ingredere lupanar aliquando, vt diſcas, nihil ibi pretioſa differre a vilibus.

## CAP. VIII.

Vt ſummatim omnia comprehendam, (etſi haud iniuria vaticinari potius, quam praecipere videri poſſim,) ita pronuntio: vnum

*ὅτι τῶν ἀναξίων*] Egregie emendauit S. R. Heumannus Xylandrum interpretem, qui nullo ſenſu dederat: *nihilne res honeſtae ab indignis differant.* Verum ſenſum iam viderat Amiotus iniuria a Breslauienſi Anonymo reprehenſus, quod haec verba ita in Gallicum transtulerat: *que le plaiſir, qui ne coute guere, ne differe rien de celui, que l'on achete bien cherement.* Diogenis ſententia eſt eadem, quae Horatii l. I. ſat. 2. v. 62. ſeq. *Quid inter - Eſt in matrona, ancilla, peccesne togata?* Idem voluit Antiſthenes, qui teſte Laërtio l. VI. c. 1. ſ. 4. *ἰδὼν ποτε μοιχὸν φεύγοντα, Ὦ δυστυχής, εἶπε, πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἐδύνασο.*

Cap. VIII. 1. *χρησμολογεῖν*] Ouidius e Ponto I. 1. 47: *Vaticinor moneoque*, i. e. ego tanquam vates hortor ac moneo. Sed in praeſenti Plutarchi loco *vaticinari* eſt *inſanire*, vti apud Ciceronem II. ad diu. ep. 16. vbi Manutius ſimilem locum ex Ciceronis Oratione pro Sextio [cap. 10.] affert. Haec enim eſt Plutarchi ſententia: *Quod vnum idemque toties praecipio et identidem repeto, furioſae vatis inſtar potius loqui, quam grauiter dicere, videri poſſim.* HEVM.

 2. ἀνθρώ-

ταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον, ἀγωγὴ σπουδαία, καὶ παιδεία νόμιμός ἐστι. Καὶ ταῦτα φορὰ καὶ συνεργὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν φημί. 2 Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπινα, καὶ μικρὰ, καὶ οὐκ ἀξιοσπούδαστα καθέστηκεν. 3 Εὐγένεια καλὸν μὲν, ἀλλὰ προγόνων ἀγαθόν. 4 Πλοῦτος δὲ τίμιον μὲν, ἀλλὰ τύχης κτῆμα. 5 Ἐπειδὴ τῶν μὲν ἐχόντων πολλάκις ἀφείλετο, τοῖς δ᾽ οὐκ ἐλπίσασι φέρουσα προσή-

2. ἀνθρώπινα] Homines vocantur *mortales*. Ergo *humana* h. l. ſunt *mortalia*, *caduca*. HEVM.

μικρά] Scilicet reſpectu virtutis. Nam per ſe cetera quoque bona ſunt *praeclara*, vti paulo poſt fatetur de diuitiis, gloria, ſanitate, cet. ſed in comparatione virtutis leuia vtique bona ſunt. HEVM.

3. προγόνων ἀγαθόν] Ridiculum eſt, quum Ouidius Triſt. IV. 10. 7. 8. narrat, ſe nobilibus maioribus ortum, non nuper demum *fortunae munere* equitem factum eſſe. Quaſi vero non et illud ſit *fortunae munus*, natum eſſe parentibus vetuſtae nobilitatis. HEVM. Quemadmodum εὐγένεια h. l. dicitur προγόνων ἀγαθὸν, ita eadem a Noſtro vocatur οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ὄν in libro de Nobilitate. Ouidii locum, quem reprehendit Vir venerabilis, excuſare poſſumus, ſi dicamus, elegantiſſimi ingenii, nec minoris iudicii poëtam non negare, ſe Fortunae munere equitem factum, ſed hoc negare, ſe *modo*, ſiue nuper demum, vt optime Vir doctus explicat, Fortunae munere equeſtrem obtinuiſſe dignitatem. Haec ſi cui diſpliceant, eligat alteram ſcripturam, cui fauent codices, et ipſe, at quantus teſtis, Burmannus: *Non modo* militiae turbine *factus eques*. Mihi tamen hanc ſcripturam, quam in alio Naſonis carmine l. III. Amor. eleg. 10. v. 6. legerant, librarii hoc loco temere inculcaſſe videntur. Idque eo

vnum eſse, adeoque et primum, et medium et vltimum in hac re caput, educationem rectam, legitimamque inſtitutionem, atque hanc ego ducem ad virtutem ac felicitatem, imo vtriusque effectricem eſse aio. Nam cetera quidem bona ſunt humana et leuia, neque digna, quae ardentiori quaeras ſtudio. Natalium ſplendor res eſt pulchra ſane, ſed non tam noſtrum, quam maiorum noſtrorum bonum eſt. Diuitiae quoque magni ſunt habendae: verum earum poſseſsio a fortuna pen-

eo propius vero arbitror, quod in altero Ouidii loco non minus turpi oſcitatione quosdam librarios *Fortunae munere* ex libris Triſtium ſuggesſisſe animaduerto.

5. ἐχόντων] Posſis ex antecedentibus intelligere τὸν πλȣ̃τον. Alioquin etiam Graeci τὸς ἔχοντας abſolute ponunt pro *diuitibus*. Ita Ariſtophanes Plut. v. 596. Vid. ad hunc comici locum doctisſimus Kuſterus, vbi ſimul contra aliorum ſententiam recte adſtruit, apud Sophoclem Aiac. Flagrif. v. 157. τὸν ἔχοντα eſse *virtute et gloria clarum*. Suffragatur Kuſtero glosſator ineditus Sophoclis, qui ſupra τὸν ἔχοντα ſcripſit: εὐτυχȣ̃ντα, ἔνδοξον. Latinorum *habere* pro diuitem eſse vſurpantium exempla ſuppeditant viri docti a Patruo meo, nunquam ſine pietatis teſtificatione appellando, excitati ad Vechneri Hellenol. p. 131.

πολλάκις] Lege πολλοῖς. Alias non habes, quo referas τῶν ἐχόντων. HEVM. Ab ἀφείλετο pendet iſtud τῶν ἐχόντων. Nota eſt conſtructio ἀφελέσθαι τί τινος. Herodian. VII. 3. 3. Τὰς ȣ̓σίας ἀφαιρȣ́μενον τῶν οἰκείων. Et ita ſaepisſime legimus apud optimos auctores, vt nulla hic mutatione opus ſit.

Φέρȣσα προσήνεγκε] Mira phraſis *ferens afferebat*. Sic

προσήνεγκε. 6 Καὶ ὁ πολὺς πλῦτος σκοπὸς ἔκκειται τοῖς βυλομένοις βαλάντια τοξεύειν, κακύργοις οἰκέταις καὶ συκοφάνταις. 7 Καὶ τὸ μέγιςον, ὅτι καὶ τοῖς πονηροτάτοις μέτεςι. 8 Δόξα γε μὴν σεμνὸν, ἀλλ᾽ ἀβέβαιον. 9 Κάλλος δὲ περιμάχητον μὲν, ἀλλ᾽ ὀλιγοχρόνιον.

Sic fere Curtius IV. 7. 28: *ſacrificium facere.* HEVM. Delectantur omnino Graeci eiusmodi pleonaſmis. Sophocles Electr. v. 1218. Φέροντες κομίζομεν. Herodianus III. 2. 11. Βαςάσαντες τὴν κλίνην φέρυσιν. Aelianus l. III. V. H. c. 33. et Iulianus Miſopog. p. 359. ἀπιὼν ᾤχετο. Plutarchus ſupra c. II. n. 5. ὁ λέγων ποιητής φησι. Non tamen ſine emphaſi aliqua dixit Noſter φέρυσα προσήνεγκε. Vid. quae diximus ad cap. VII. n. 2.

6. βαλάντια] Ita plerique ediderunt. Aldina et Francofurtenſia exemplaria βαλλάντια habent. Eadem varietas in aliorum ſcriptorum occurrit codicibus. Mihi non displicet Henrici Stephani ſuſpicio, metri cauſa opinantis poëtas non nunquam λ geminaſſe.

βαλάντια τοξεύειν] Si verbum τοξεύειν eo, qui hic requiritur, ſenſu apud bonum auctorem inuenitur, bene habet. Sed dum exempla requiruntur equidem praetulerim e libro Voſſiano, cuius ſcripturas habes in Wolfianis excerptis, βαλαντιοτομεῖν, quo verbo ipſe Plutarchus vtitur in libro de Fortuna p. 97.

κακύργοις οἰκέταις] Κακῦργοι ſaepe ſubſtantiue ſignificant, vt eſt apud Lexicographum, τὺς λῃςὰς καὶ τὺς ἐνεδρευτὰς, vt ſuſpicari aliquis poſſit in Plutarchi loco ſeiungendos eſſe κακύργυς ab οἰκέταις. Sed malim tamen prius vocabulum poſterioris epitheton dicere. Apud Herodotum l. I. c. 41. leguntur κλῶπες κακῦργοι. Et Apollonius Tyaneus eandem, quam

hoc

pendet, quae eas ſaepenumero adimit habentibus et aliis non opinantibus largitur. Magnae opes tanquam ſcopus propoſitae ſunt iis, qui ſolent crumenis inſidiari, verbi cauſa ſeruis maleficis, ac delatoribus. Quodque maximum eſt, etiam peſſimi habent diuitias. Gloria venerabilis quidem res eſt, ſed inſtabilis. Pulchritudo auide quidem appetitur, ſed admodum paruo durat tempore.

hoc loco Plutarchus, ſententiam proferens ſeruorum ac ſycophantarum tantum mentionem facit, et teſte Philoſtrato in eius vita l. VII. c. 12. amisſurum diuitias ita conſolatur: *Non opus tibi erit in poſterum* θεραπεύειν τὰς συκοφάντας τε καὶ τὰς δούλους, οἷς δι' αὐτὸν [τὸν πλοῦτον] ὑπέκειτο.

συκοφάνταις] Hoc loco συκοφάντης ſignificare videtur eum, qui iniuſta litigatione alicuius opes exhaurit. Sic et infra n. 15. accipitur συκοφαντεία. HEVM. Συκοφάνται Athenis dicebantur *delatores*. Κεκωλυμένα γὰρ ἐκφέρειν τὰ σῦκα, μηνύοντες καὶ φαίνοντες τὰς ἐξάγοντας, ἐκλήθησαν συκοφάνται, vt explicat ipſe Plutarchus ſub finem libri de Curioſitate.

9. περιμάχητον] Περιμάχητος eſt *deſiderabilis, qui ſummo ſtudio expetitur*. Non male igitur Thucydidis iſtud l. VII. c. 84. extr. περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς [τὸ ὕδωρ] ſcholio explicatur σπουδαιότατον. Nec video, quae ratio commouerit H. Stephanum in theſ. tom. II. p. 916. ſeq. vt ſuſpicaretur ſcholiaſten ſcripſiſſe περισπούδαστον. Nam praeter id, quod σπουδαῖος adhibetur pro περισπούδαστος, etiam σπουδαῖον ὕδωρ, vt νάματα σπουδαῖα apud Dionyſ. Halic. lib. I. Ant. R. c. 23. explicari poteſt *aqua ad bibendum idonea*. Aquam igitur quamuis foedam ac turbulentam ſitientibus aptisſimam et exoptatisſimam ad bibendum viſam

eſſe

γιον. 10 Ὑγίεια δὲ τίμιον μὲν, ἀλλ᾽ εὐμετάςατον. 11 Ἰσχὺς δὲ ζηλωτὸν μὲν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον καὶ γήρᾳ. 12 Τὸ δὲ ὅλον, εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ Φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. Πόσον γάρ ἐςιν ἰσχὺς ἀνθρωπίνη τῆς τῶν ἄλλων ζώων δυνάμεως; λέγω δὲ, οἷον ἐλεΦάντων καὶ ταύρων καὶ λεόντων. 13 Παιδεία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐςὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον. 14 Καὶ δύο τὰ πάντων ἐςὶ κυριώτατα ἐν ἀνθρωπίνῃ Φύσει, νοῦς καὶ λόγος.

15 Καὶ

eſſe Thucydides ait, ſi vera eſt ſcholiaſtae explicatio. Nec intelligo, quae neceſſitas nos cogat in hiſtorici loco vocabulum περιμάχητον proprie accipere, et dicere, multos de iſta aqua inter ſe digladiatos eſſe, quum ex fluuio, quem effuſe intrauerant, affatim leuare ſitim potuerint. Translatam quoque ſignificationem habet hoc vocabulum in locis Ariſtophanis Auium v. 1404. et Theſmoph. v. 326. quem locum imperite, vt ſolet, explicat Bourdinus. Lucianus etiam in Contemplantibus tom. I. p. 349. Graeu. aurum vocat ἀοίδιμον. ὄνομα καὶ περιμάχητον. Add. Chryſoſtomus de Sacerd. l. III. ſ. 190.

ὀλιγοχρόνιον] Theocritus Idyll. 23. v. 32. Καὶ κάλλος καλόν ἐςι τὸ παιδικὸν, ἀλλ᾽ ὀλίγον ζῇ. Iſocrates in Paraeneſi poſt principium: Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανεν. Ibidem Iſocrates fere eadem bona, quae Plutarchus hoc loco eruditioni confert, virtuti comparauit.

10. τίμιον μέν] Francofurtenſia exemplaria, puto negligentia typothetae, omittunt μέν.

12. Φρονεῖ] Dictum eſt pro μέγα Φρονεῖ. Vid. Sylburgius ad Pauſan. p. 927. Kuhn. et Elſnerus Obſ. ſacr. tom. II. p. 85. ſeq.

πέςον]

pore. Sanitas pretioſa res eſt, ſed eadem mutationi obnoxia. Robur digna res videtur, cui ſtudeas, ſed morbo ac ſenectute facile aboletur. Quid? quod imperite facit, qui ob vires corporis ſibi placet. Quanto enim minus eſt hominis robur viribus ceterarum animantium, elephantorum puta, taurorum, leonum! Doctrina omnium noſtrorum bonorum ſola immortalis eſt ac diuina. Sunt enim duo in hominis natura praecipua, mens (ſiue ratio) et oratio. Mens orationem

πόϛον] Aldus et Baſileenſes πόσον ediderunt. Aliquot ſaeculo XVI. impreſſa, ac recentisſima quaedam exemplaria exhibent: πόσον γάρ ἐϛὶν ἰσχὺς ἀνθρωπίνη ἥττων. Ego ſcripturam librorum Francof. et credo optimorum codicum praetuli, quae etiam ἐμφατικωτέρα videri poteſt. Sic Antoninus Philoſ. l. XII. de rebus ſuis c. 32. Πόϛον μέρος τȣ̃ ἀπείρȣ καὶ ἀχανȣ̃ς αἰῶνος ἀπομεμέρισαι ἑκάϛω;

13. Παιδεία] Ita Iſocrates in Paraen Σοφία γὰρ μόνη, inquit, τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

14. νȣ̃ς καὶ λόγος] Quum Xylander *mens et ratio* interpretatus eſſet, Olaus Heſychius maluit *mens et oratio.* Idem iam ante Heſychium Amioto placuiſſe video. Sed horum ſententiae equidem accedere nondum poſſum. Nam verba quae ſtatim ſequuntur, τύχη μὲν ἀνάλωτος et reliqua ad *orationem* referri neqeunt. Et Amioto Heſychioque vt credam, haec pertinere ad vocem νȣ̃ς, ob perturbatum, qui inde efficeretur, orationis nexum, nullo modo a me impetrare poſſum. Et mihi pariter errare hi interpretes videntur, ac ſi quis λόγον pro *oratione* accipere vellet in iſtis Athenagorae Apologet. ſect. V. Τὸ μὲν γὰρ θεῖον ἀγέννητον εἶναι καὶ ἀΐδιον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ θεωρȣ́-

15 Καὶ ὁ μὲν νοῦς ἀρχικός ἐστι τοῦ λόγου, ὁ δὲ λόγος ὑπηρετικὸς τοῦ νοῦ, τύχῃ μὲν ἀνάλωτος, συκοφαντίᾳ δὲ ἀναφαίρετος, νόσῳ δ' ἀδιάφθορος, γήρᾳ δ' ἀλύμαντος. 16 Μόνος γὰρ ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ, καὶ ὁ χρόνος τἄλλα πάντ' ἀφαιρῶν, τῷ γήρᾳ προστίθησι τὴν ἐπιστήμην. 17 Ὅγε μὴν πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων, μόνην οὐ δύναται παιδείαν παρελέσθαι. Καί μοι δοκεῖ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς φιλόσοφος ἀξιομνημόνευτον ποιῆσαι ἀπόκρισιν, ὅτε Δημήτριος ἐξανδραποδισάμενος τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατέβαλε, καὶ τὸν Στίλπωνα ἤρετο, μή τι ἀπολωλεκὼς εἴη; Καὶ ὅς· Οὐ δῆτα,

εἶπε

θεωρούμενον. et ſect. VIIII. νῷ μόνον καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον. Alius Plutarchi locus ſuccurrit e libro de Fortuna p. 98. C vbi νοῦς et λόγος coniunguntur, ſed ibi aliquis dubitationi locus eſt, vtrum λόγος *rationem*, an *orationem* ſignificare debeat. In loco vero, de quo nunc diſputamus, Xylandri *mens et ratio* vnice mihi probatur. Ita Cicero l. II. de legib. c. 7. et alibi *mentem et rationem* homini ineſſe affirmat. Differunt autem inter ſe, quod fortaſſe auctores alterius interpretationis ignorarunt, *mens* et *ratio*. Egregie docet iſtud diſcrimen Marſilius Ficinus in Platonis Menonem. *Prima vis*, inquit, *animae* mens *eſt, cuius actus eſt perpetua contemplatio veritatis. Secunda* ratio, *cuius actus veritatis inueſtigatio.* Ficino fidem faciunt ſimulque ex iſta Ficini definitione facilius intelliguntur haec Ariſtotelis l. II. Analyt. poſter. c. 18. extr. Ἐπιστήμη δ' ἅπασα μετὰ λόγου ἐστί. Τῶν γὰρ ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἂν εἴη. Ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἀληθέστερον ἐνδέχεται εἶναι ἐπιστήμης, ἢ νοῦν, νοῦς ἂν εἴη

τῶν

tionem (ſiue ſermonem) gubernat: oratio mentis miniſtra eſt. Haec fortunae non obnoxia, nec aut vlla calumnia auferri, aut morbo ſenioue corrumpi poſſunt. Sola enim mens ſeneſcens iuueneſcit, et quum tempus cetera auferat omnia, ſenectuti ſcientiam tribuit in dies maiorem. Et bellum, quum torrentis in morem omnia proruat, ſolam doctrinam auferre non valet. Ac mihi quidem videtur dignum memoratu Stilponis Megarenſis philoſophi dictum, qui a Demetrio, quo is tempore Megaram vi bellica ſubactam ſolo aequauit, interrogatus ecquid ſuarum rerum amiſisſet? ſe vero nihil amiſis-

τῶν ἀρχῶν. Copioſe etiam περὶ τοῦ νοῦ disſerit Mich. P. ·lus de omnifaria doctrina cap. XX. - XXVII.

15. ὁ δὲ λόγος ὑπηρετ.] Plutarchus h. l. dicit, ſermonem esſe miniſtrum mentis, i. e. hominem ſermone vti miniſtro ad ſenſa ſua alteri prodenda. Pari modo Ouidius epiſtolam vocat *ſermonis miniſtram et* ... *Litera ſermonis fida miniſtra mei*, inquit ... Et V. 13. 30: *Et peragant linguae charta manusque vices.* Idem in epiſtola Leandri ad Hero v. 24. *Eſt tamen* [dextra mea ſcribens] *et ſenſus apta miniſtra mei.* HEVM. Ex noſtra interpretatione ſenſus erit: *Mens gubernat rationem, ratio autem ſeruit menti.* Mens enim ratione vt miniſtra vtitur in veritatibus inueniendis.

17. ἐξανδραποδισάμενος] Hac voce etiam Iſocrates vtitur p. 334. ſignificat *vi bellica vrbem in ſuam poteſtatem redigere.* Nam qui ita victi erant, victoris arbitrium ſubire cogebantur. HEVM.

εἶπε· πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.
18 Σύμφωνος δὲ καὶ συνῳδὸς καὶ ἡ Σωκράτους ἀπόκρισις ταύτῃ φαίνεται. Καὶ γὰρ οὗτος, ἐρωτήσαντος αὐτόν, μοι δοκεῖ, Γοργίου, ἣν ἔχει περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑπόληψιν, καὶ εἰ νομίζοι τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι· Οὐκ οἶδα, ἔφησε, πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει· ὡς τῆς εὐδαιμονίας ἐν τούτοις, οὐκ ἐν τοῖς τυχηροῖς ἀγαθοῖς κειμένης.

## ΚΕΦ. θʹ.

Ὥσπερ δὲ παραινῶ τῆς παιδείας τῶν τέκνων μηδὲν ποιεῖσθαι προὐργιαίτερον, οὕτως αὖ πάλιν φημί, δεῖν τῆς ἀδιαφθόρου καὶ ὑγιαινούσης ἔχεσθαι, τῶν δὲ πανηγυρικῶν λήρων ὡς

ποῤ-

18. Γοργίου] Exſtat locus apud Platonem in Gorgia, ſed quaerit Polus. Stilponis dictum Simplicius, aut certe ſimile eius, refert in Categoriis ad oppoſita priuatiue: ἐπιςάμην οὐδεὶς φέρει. XYLAND.

ἣν ἔχει] Recentes ἣν ἔχοι.

μεγάλου βασιλέως] Per *regem magnum* Graeci ſcriptores κατ' ἐξοχὴν deſcribunt regem Perſarum. Sic Iſocrates paſſim et Xenophon lib. I. Exped. Cyri p. 254. 260. 262. et lib. II. p. 279. Errauit igitur id non obſeruans interpres Baſilii M. de legendis ethnicis, p. 75. Etiam Corn. Nepos regem Perſarum ſimpliciter vocat *regem*. Vid. Boſii Index Corn. Nep. HEVSK. Adde Scholiaſten veterem ac Spanhemium ad Ariſtoph. Plut. v. 170. Euſtathium ad Dionyſ. Perieg. v. 1056. et viros doctos ad Thucyd. VIII. 17.

τῆς εὐδαιμονίας] Codd. Turn. Vulc. et Bong. πρώτης εὐδαιμονίας. Et facile fieri potuiſſet, vt ex compendio, quo ſcribebant πρώτης, librarii efformauerint τῆς. Sed vulgatam ac receptam lectionem non temere cen-

ſeo

amiſiſſe reſpondit, neque enim virtutem bel-
lica capi inter ſpolia. Cui concinit atque
conſonat Socratis illud, qui Gorgiae, niſi fal-
lor, quaerenti, quid de Perſarum rege ſenti-
ret, et an eum felicem eſſe putaret: Ignoro,
inquit, quantum virtute valeat et doctrina:
in his, non in fortunae bonis, felicitatem
eſſe poſitam.

## CAP. VIIII.

Ceterum quemadmodum hortor, vt inſti-
tutione liberorum nihil habeamus anti-
quius; ita rurſum moneo, ſectandam eſſe
eam, quae incorrupta et ſana ſit, et a nugis
iſtis, quibus oratores populares ſeſe iactant,
quam

ſeo repudiandam. Ex Socratica enim doctrina non *praecipua* modo, ſed *vnica* felicitas eſt virtus et eruditio. Socrates teſte Laërtio l. II. ſ. 3. ἔλεγεν, ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιςήμην, καὶ ἓν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν. Sic eius diſcipulus Cebes Tab. c. XXXVII. n. 8. Cicero pro Marcello c. VI. de virtute ac ſapientia: *quae non modo ſumma bona, ſed nimirum audebo vel ſola dicere.*

Cap. VIIII. 1. πανηγυρικῶν λήρων] *Panegyricas ineptias* Plutarchus dicit ventoſam et calamiſtris intortam orationem, quae dulcia tantum et ſonantia, ſiue, vt cum Satyrico loquar, mellitos verborum globulos et dicta quaſi papauere et ſeſamo ſparſa, propinat. Explicat ipſe Noſter in politic. p. 802. Ὁ μέν τοι λόγος ἔςω τοῦ πολιτικοῦ μήτε νεαρὸς καὶ θεατρικὸς, ὥσπερ πανηγυρίζοντος καὶ ςεφανηπλοκοῦντος ἐξ ἁπαλῶν καὶ ἀνθηρῶν ὀνομάτων. Eſt igitur πανηγυρικὸς *accommodatus ad oſtentationem, et ad applauſum*

προῤῥωτάτω τȣ̀ς υἱεῖς ἀπάγειν. 2 Τὸ γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐςὶν ἀπαρέσκειν. 3 Μαρτυρεῖ δέ μȣ τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης, λέγων·

4 Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δȣ̃ναι λόγον,
Ἐις ἥλικας δὲ κὠλίγȣς σοφώτερος.
- - - Οἱ δ' ἐν σοφοῖς
Φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μȣσικώτεροι λέγειν.

5 Ορῶ δ' ἔγωγε τȣ̀ς τοῖς συρφετώδεσιν ὄχλοις ἀρεςῶς καὶ κεχαρισμένως ἐπιτηδεύοντας λέγειν, καὶ τὸν βίον ὡς τὰ πολλὰ ἀσώτȣς καὶ φιληδόνȣς ἀποβαίνοντας. 6 Καὶ νὴ Δί' εἰκότως. Εἰ γὰρ ἄλλοις ἡδονὰς παρασκευάζοντες ἀμελȣ̃σι τȣ̃ καλȣ̃, σχολῇ γ' ἂν τῆς ἰδίας ἡδυπαθείας καὶ τρυφῆς ὑπεράνω τὸ ὀρθὸν καὶ ὑγιὲς ποιή-

*ſum excitandum compoſitus.* Sic Plutarchus de diſcrim. amici et adul. p. 63. coniunxit ἐπιδεικτικὸν καὶ πανηγυρικόν. Et in praeceptis coniug. p. 142. τὸ περιττὸν καὶ ἑταιρικὸν καὶ πανηγυρικόν. In commentario de aud. poët. c. VIIII. πανηγυρικὸν μάντιν opponit ἀνδρὶ φρονίμῳ. Vid. ad iſtum locum erudita adnotatio politisſimi et mihi amicisſimi Krebſii p. 172. ſeq. Et fortasſe in libro de diſcrim. amic. et adul. p. 56. E. πανηγυρισμοὶ nihil aliud ſignificant, quam *oſtentationem, et ſtudium popularis aurae captandae*, quo ſenſu eadem vox occurrit in ſcripto an ſeni resp. ſit gerenda p. 791. B.

2. τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν] Seneca lib. de vita beata cap. 2: *Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pesſimi turbae eſt. Non tamen ſemper errat vulgus*, inquit Tacitus in Vita Agricolae: *aliquando et eligit*, i. e. optimum amplexatur. HEVM.

3. Εὐριπίδης] In Hippolyto v. 986. ſeqq. Euripidis

quam longisſime abduci oportere filios. Vulgo enim placere, ſapientibus eſt diſplicere. Id quod teſtimonio ſuo et Euripides confirmat, dicens:

*Ad turbam ego verba facere ſum imperitior,*
*Inter ſed aequales paucosque doctior.*
*Sed inter eruditos qui nihil valent,*
*Gratior apud vulgum eſt eorum oratio.*

Equidem animaduerti, qui in eo ſtudium ſuum ponunt, vt dicendo placeant purgamentis ciuitatis: et apud vulgum gratioſi ſint, ipſorum quoque fere vitam intemperantem et voluptatibus deditam euadere. Neque vero eſt, id cur miremur. Qui enim nulla honeſtatis ratione habita aliis voluptates conciliare ſtudent, ii haud ſane id, quod rectum

pidis vero exemplaria, quae verſu ſecundo pro *κώλίγȣς* male exhibent *κώλίγȣ*, e Plutarcho ſunt emendanda. Verſum tertium Tragicus ita dedit: *Ε'χει δὲ μοῖραν καὶ τόδ'. Οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς*, idque non pauci editores inuitis libris vetuſtis in Plutarcho exprimendum curauerunt. Recte factum videri poſſet, niſi ſciremus, Plutarchum et alios bonos teſtimonia auctorum, quibus vtuntur, ita exſcribere, vt ea negligant, quae ad ſuam ſententiam nihil faciant probandam.

4. *παρ' ὄχλῳ μȣσικ.*] Huc reſpexit, et de ratione huius rei diſputat Ariſtoteles lib. II. Rhetor. c. 22. ſcribens: *ὥσπερ φασὶν οἱ ποιηταὶ, τȣ̀ς ἀπαιδεύτȣς παρ' ὄχλῳ μȣσικωτέρȣς λέγειν. κ. τ. λ.*

6. *σχολῇ*] Significat *nequaquam*. Complura eam


in

ποιήσαιντο, ἢ τὸ σῶφρον ἀντὶ τῦ τερπνῦ διώξαιεν. 7 Πρὸς δὲ τύτοις, τί ἂν τὺς παῖδας χρηςὸν ἕτερον διδάξαιμεν, καὶ τίσιν ἀγαθοῖς ἐπιφύεσθαι παραινέσαιμεν; 8 Καλὸν γάρ τοι μηδὲν εἰκῆ μήτε λέγειν μήτε πράττειν, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, χαλεπὰ τὰ καλά. 9 Οἱ δ' αὐτοσχέδιοι τῶν λόγων πολλῆς εὐχερείας καὶ ῥᾳδιυργίας εἰσὶ πλήρεις, ὐθ' ὅθεν ἀρκτέον, ὐθ' ὅποι παυςέον ἐςὶν, εἰδότων. 10 Χωρὶς δὲ τῶν ἄλλων πλημμελημάτων, οἱ ἂν ἐκ τῦ παραχρῆμα λέγωσιν, εἰς ἀμετρίαν δεινὴν ἐμπίπτυσι καὶ πολυλογίαν. 11 Σκέψις δ' ὐκ ἐᾷ τῆς ἱκνυμένης συμμετρίας τὸν λόγον ἐκπίπτειν. 12 Ὁ Περικλῆς, ὡς ἡμῖν ἀκύειν παραδέδοται, καλύμενος ὑπὸ τῦ δήμυ, πολλάκις ὐκ ὑπήκυσε, λέγων

in rem exempla profert Duportus not. in Theophraſt. Charact. p. 272. ſeq. Vid. Baſilius M. lib. de legendis ethnicis cap. 10. initio. HEVM.

8. Καλὸν γάρ τοι μηδὲν εἰκῆ] Malim vocabulum καλὸν cum Xylandro interpretari *pulchrum eſt*, quam *honeſtatis eſt*. Alioqui ſequentia non ſatis commode fluunt. Sed quod attinet ad particulam εἰκῆ praeclare S. R. Heumannus emendauit Xylandri interpretationem, qui ſenſu refragante aduerbium hoc transtulerat *fruſtra*. Eandem, quae hic requiritur, ſignificationem habes apud Iſocratem in Panathenaico p. 412. τοῖς εἰκῆ, καὶ φορτικῶς, καὶ χύδην ὅ, τι ἂν ἐπέλθοι λέγυσιν.

9. ὅποι] Sic Francof. At Ol. Heſychius eumque ſequuti ὅπυ male in illius locum ſubſtituerant.

11. ἐκπίπτειν] Francof. ἐμπίπτειν, manifeſto errore.

12. ἀσυν-

ſtum eſt ac ſanum, pluris, quam ſuam oble-ctationem luxuriamque, facturi ſunt, nec honeſtum pro delectabili ſectaturi. Quae quum ita ſint, quid nos igitur e contrario ſuadebimus pueris, quibusque eos bonis inhaerere iubebimus? Nimirum honeſtatis eſt, nihil temere et inconſulte neque dicere neque facere: et, vt in prouerbio eſt, difficilia ſunt quae pulchra. • Contra orationes extemporales pleniſſimae ſunt leuitatis atque temeritatis, neque initium habentes aptum neque finem. Ac, ne de aliis peccatis dicam, qui ſubito dicunt in ſummam incidunt verborum confuſionem atque loquacitatem: quum contra meditatio non ſinat orationem iuſtae proportionis modum excedere. Narrant, Periclem ſaepenumero vocatum a populo non obtemperaſſe, cauſatum ſe eſſe incompoſitum.

12. ἀσύντακτος εἶναι] Graeci modis infinitis caſum rectum pro quarto iungere ſolent, Xenoph. Cyrop. I. 4. διὰ τὸ φιλομαθὴς εἶναι. et paucis interiectis: διὰ τὸ ἀγχίνους εἶναι. Theophraſtus Char. mor. c. XV. n. 6. ἥκειν φέρων. Vid. Vigerus de idiot. c. V. ſ. 3. reg. 2. Ratio, puto, quaerenda eſt in eo, quod Graecorum infinitiui non ſemper accuſatiuum requirunt teſte Apollonio Alex. de ſyntaxi l. III. c. 16. Hinc fit, vt nomina infinitis addita caſum ſaepe referant, in quo ſubiectum praeceſſit, ſiue praecedere debuit. Ita ſupra c. II. n. 1. tertius caſus infinitiuo additus eſt. Et fortaſſe c. IIII. n. 7. ἴστω διαμαρτάνων, et ſimilia, eadem ratione explicare poſſis, ſi dicas, ὅτι δεῖ ἔξωθεν παραλαμβάνειν τὸ εἶναι, ἢ τυγχάνειν.

γων ἀσύνταϰτος εἶναι. 13 Ὡσαύτως δὲ ϰαὶ Δημοσθένης, ζηλωτὴς τῆς τούτου πολιτείας γενόμενος, ϰαλοῦντων αὐτὸν τῶν Ἀθηναίων σύμβουλον, ἀντέβαινεν, Οὐ συντέταγμαι, λέγων. 14 Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως ἀδέσποτός ἐστι ϰαὶ πεπλασμένη παράδοσις· ἐν δὲ τῷ ϰατὰ Μειδίου τὴν τῆς σϰέψεως ὠφέλειαν ἐναργῶς παρίστησι. Φησὶ γοῦν· Ἐγὼ δ᾽ ἐσϰέφθαι μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, φημὶ, ϰοὐϰ ἂν ἀρνηθείην, ϰαταμεμελετηϰέναι γε, ὡς

13. Ὡσαύτως δὲ ϰαὶ Δημοσθένης] Imitatus Periclem et Demoſthenem Auguſtus *neque in ſenatu, neque apud populum, neque apud milites loquutus eſt vmquam, niſi meditata et compoſita oratione, quamuis non deficeret ad ſubita, extemporali facultate.* Suet. Aug. c. 84.

τῆς τούτου πολιτείας] Quid ſit πολιτεία optime explicat Noſter, περὶ μοναρχίας ϰαὶ δημοϰρ. ϰαὶ ὀλιγαρχ. p. 826. Λέγεται δὲ ϰαὶ βίος ἀνδρὸς πολιτιϰοῦ ϰαὶ τὰ ϰοινὰ πράττοντος πολιτεία. ϰαθὸ τὴν Περιϰλέους πολιτείαν ἐπαινοῦμεν ϰαὶ τὴν Βίαντος, ψέγομεν δὲ τὴν Ὑπερβόλου ϰαὶ Κλέωνος. Apparet, hunc intellectum esſe huius loci. Reliquos ſignificatus qui requirit, adeat ipſum Plutarchum loco indicato.

ϰαλοῦντων αὐτόν] ὀνομαστὶ, ϰαθημένον ἐν ἐϰϰλησίᾳ. Rem narrat Noſter in vita Demoſth. p. 849.

σύμβουλον] Σύμβουλοι δήμου vocabantur olim oratores. Vid. Lamb. Bos Animadu. Graec. cap. III. p. 13. HEVM.

ϰατὰ Μειδίου] Locus eſt p. 411. circa finem. Poſt nomen Μειδίου plerique recentes editores inſerunt λόγῳ. Ego, quia nec in Francof. reperi, nec in ſcripturis codicum, ſatisque eleganter hoc vocabulum abesſe poteſt, vt glosſatoris additamentum proſcripſi.

ὦ Ἀθη-

tum. Eodemque modo Demoſthenes, aemulus eius, quum ab Athenienſibus ad conſilium dandum arceſſeretur, recuſauit, Non ſum, dictitans, compoſitus. Verum haec fortasſe nullo autore tradita ſunt et conficta. Ceterum in oratione contra Mediam perſpicue declarat meditationis vtilitatem his verbis: Ego vero, Athenienſes, meditatum me esſe profiteor: neque infitiabor, me, quam potui, ſummam adhibuisſe diligentiam. Ac ſane

ὦ Ἀθηναῖοι] Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι eſt in Demoſthenis exemplaribus. Et ita ſolet Demoſthenes. Contra Plinius ep. 26. lib. VIIII. ex Aeſchine adfert ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, vbi Aeſchines, vt alibi, ἄνδρες omiſit. Sed non ſolent ſcriptores priſci haec minuta, quae ſenſum non turbant, in adferendis aliorum ſententiis operoſe ſectari.

κἂν] Ita Francof. nec vllam varietatem inuenio e codd. MSS. adlatam. Quamuis igitur hodie in Demoſthene legatur καὶ οὐκ, idque etiam multa, et nuper edita, Plutarchi exemplaria praeferant, tamen κἂν ſeruandum cenſui. Et fortasſe hac parte rectius Demoſthenis libri e Plutarcho, quam contra, emendari posſint.

καταμεμελετηκέναι] In operibus Demoſthenis editum eſt καὶ μεμελετηκέναι. Recte. Καταμελετᾷν neſcio an alibi legatur, certe hic non placet. Verba κἂν ἂν ἀρνηθείην, παρενθετικῶς accipienda ſunt, vt Demoſthenem inſpicientibus clarius apparebit, et μεμελετηκέναι pendet a Φημὶ, non ab οὐκ ἂν ἀρνηθείην. Simile mendum haeret in Palladio de febribus c. XVIII. Μηκυνθεὶς γὰρ οὗτος [ὁ πυρετὸς] καταναλώσας κ. τ. λ. Lege καὶ ἀναλώσας. Veroſimilius ſane videtur, καὶ in κατὰ ab librariis mutatum esſe,

ὡς ἐνῆν μάλιςα ἐμοί. καὶ γὰρ ἂν ἄθλιος ἦν, εἰ τοιαῦτα παθὼν καὶ πάσχων, ἠμέλυν, ὧν περὶ τύτων ἐρεῖν ἔμελλον. 15 Τὸ δὲ δὴ παντάπασιν ἀποδοκιμάζειν τῶν λόγων τὴν ἑτοιμότητα, ἢ πάλιν αὖ ταύτην ὐκ ἐπ᾽ ἀξίοις ἀσκεῖν, ὐ φαίην ἂν ἔγωγε· ἀλλ᾽ ὡς ἐν φαρμάκυ μοίρᾳ τῦτο

eſſe, quam, quod Cl. Bernardus ſuſpicatur, propter praecedens σ ante verbum καταναλώσας excidiſſe particulam καὶ. Contrario modo erratum eſt apud Longum Paſtoral. lib. I. p. 21. v. 8. Ἡ δὲ ἥδετο ἰδῦσα, καὶ ἐφίλησε καὶ λαβῦσα. Pro καὶ λαβῦσα ſine dubio reponendum cenſeo καταλαβῦσα.

καταμεμελετηκέναι γὲ] Particulam γὲ omittunt Francofurtenſia exemplaria. Agnoſcunt eam plerique alii impreſſi Plutarchi ac Demoſthenis libri. Et caue putes, ſignificatione hic carere iſtam voculam. Σχεδὸν γὰρ ἕκαςος τῶν παραπληρωματικῶν συνδέσμων, inquit acutiſſimus grammaticus Apollonius Alexand. l. III. ſyntax. c. 28. p. 265. ἴδιόν τι ἐπηγγέλλετο. Μείωσιν μὲν ὁ ΓΕ, ἐν τῷ· Τῦτό γέ μοι χάρισαι. Modeſtiae igitur cauſa orator hanc particulam addidit, cuius vis iſta magis etiam elucet in ἔγωγε ac ſimilibus.

ἄθλιος] Id eſt *homo excors et ineptus*. Vid. paulo poſt n. 20. HEVM. Quia Graeci philoſophi docebant, ſolam ſapientiam felices facere homines, et vnicum homini malum eſſe τὴν ἀμαθίαν (vide locos adlatos ſupra cap. VIII. n. 18.) hinc factum puto, vt miſer et infelix non nunquam pro ſtupido et inepto dicatur. Ita apud Ariſtophanem Plut. v. 684. Ταλάνταт᾽ ἀνδρῶν puto ſignificat: *Homo vecors*, ſ. *ſtupidiſſime*. Apud eundem Pacis v. 1270. ὦ τριςκακόδαιμον eundem facit intellectum. Et in Ἐκκλησιαζ. v. 654. τάλαν malim explicare *homo inepte*, quam cum Kuſtero (in indice voc. Τάλας) dicere h. l. blandam compella-

ſane excors esſem, ſi talia perpesſus, atque etiamnum perferens, non probe conſiderarem, quae ſum dicturus. Interim ego extemporalitatem disſerendi neque improbandam in vniuerſum, neque rebus non dignis adhibendam aio: ſed inſtar medicamenti

vſur-

pellationem esſe. Quamuis non negem in blanditiis alibi hanc vocem adhiberi.

ἄθλιος ἦν] Pro imperfecto ſubiunctiui, quo carent Graeci, praeſens adhiberi docent Grammaticae vulgares. Sed ſaepius etiam imperfectum indicatiui pro eo vſurpant. Ita Noſter infra cap. XIIII. n. 16. εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην. Nec aliter Cleomedes Meteor. l. I. pag. 5. Ἀλλὰ, φασὶν, εἰ ἦν ἔξω τȣ̃ κόσμȣ κενὸν, ἐφέρετο ἂν δι' αὐτȣ̃ ὁ κόσμος. Sic enim locum emendo e codice MS. cuius lectiones margini exemplaris ſui adſcripſit I. A. Boſius. Vulgata exemplaria male exhibent, εἰ ȣ̃ν ἔξω τȣ̃ κόσμȣ κ. τ. λ.

ὧν περὶ τȣ́των] Lege: ὧν πέρι. HEVM. Nihil mutant edita Demoſthenis exemplaria, nec opus eſt mutatione. Genus hoc dicendi Atticis eſt vſitatisſimum. Alius ſcripſisſet: ἠμέλȣν ἐκείνων, ἃ περὶ τȣ́των ἐρεῖν ἔμελλον. Sic in Sophoclis Electr. v. 638. e codd. MSS. reponendum esſe: δειμάτων, ὧν νῦν ἔχω, alibi oſtendi. Exempla quia ſunt obuia aceruare nolui. Hoc vnum addo, Latinos hunc Græciſmum imitari. Ita Liuius I. 29. *Raptim* quibus *quisque poterat elatis*; pro *Raptim* iis, quae *quisque poterat elatis*.

15. ȣ̓κ ἐπ' ἀξίοις] Francof. et alii exhibent ἐπαξίοις vna voce. Sed verior eſt ſcriptura, quam dederat Olaus Heſychius, et quam auctoritate Vosſiani libri confirmatam praetuli. Οὐκ ἐπ' ἀξίοις eſt idem et ἐν τῷ μὴ δέοντι, *vbi non conueniat, vbi id fieri non debeat*. Hoc ſenſu Thucydides VII. 63. dixit: μὴ πρότερον ἄξιον ἀπολύεσθαι.

16. προσ-

τῦτο ποιητέον ἐςί. 16 Μέχρι δὲ τῆς τῶν ἀνδρῶν ἡλικίας, ὐδὲν ἐκ τῦ παρατυχόντος ἀξιῶ λέγειν. ἀλλ' ὅταν τις ῥιζώσῃ τὴν δύναμιν, τότε τῶν καιρῶν καλῦντων ἐλευθεριάζειν τοῖς λόγοις προσῆκον. 17 Ὥσπερ γὰρ οἱ πολὺν χρόνον δεθέντες, κἂν λυθεῖεν ὕςερον, ὑπὸ τῆς πολυχρονίυ τῶν δεσμῶν συνηθείας ὐ δυνάμενοι βαδίζειν, ὑποσκελίζονται· 18 τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ πολλῷ χρόνῳ τὸν λόγον σφίγξαντες, κἂν εἴ ποτε ἐκ τῦ παραχρῆμα δεήσειεν εἰπεῖν, ὐδὲν ἧττον τὸν αὐτὸν τῆς ἑρμηνείας χαρακτῆρα φυλάσσυσι. 19 Τὸ δὲ ἔτι παῖδας ὄντας ἐᾶν ἐπὶ καιρῦ λέγειν, ματαιολογίας τῆς ἐσχάτης αἴτιον καθίςαται. 20 Ζωγράφος, φασὶν, ἄθλιος Ἀπελλῇ δείξας εἰκόνα, Ταύτην, ἔφη, νῦν γέγραφα. Ὁ δὲ, Καὶ ἢν μὴ λέγῃς, εἶπεν, οἶδα, ὅτι ταχὺ γέγραπται· θαυμάζω δὲ, πῶς ὐχὶ τοιαύτας πλείυς γέγραφας. 21 Ὥσπερ τοίνυν, ἐπανάγω γὰρ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς τῦ λόγυ ὑπόθεσιν,

16. προσῆκον] Ita Francof. Sed codd. Turn. Vulcob. Bongarſ. et Voſſ. 3. προσῆκεν. Et hoc receperunt nouiſſimi editores, quod et ipſe feciſſem, niſi ſcirem, etiam alteram dicendi rationem Graecis haud inuſitatam eſſe. Iſocrates Panegyr. p. m. 153. καὶ μεῖζον ἢ προσῆκον αὐτοῖς φρονήσαντας.

18. ἑρμηνείας] Ἑρμηνεία h. l. non eſt *interpretatio*, ſed ſignificat id, quod Latini rhetores vocant *elocutionem*. Vid. Hermogenes et Dionyſius Halicarn. Vnde falſiſſime liber Ariſtotelis περὶ ἑρμηνείας redditur *de interpretatione*. HEVM.

χαρακτῆρα] Quas Quintilianus lib. de cauſis corr. eloqu. XXV. 3. XXVI. 1. XVIII. 2. vocat formas dicendi, Graeci rhetores vocant χαρακτῆρας. Etiam Latini ſcriptores

ſurpandam cenſeo: ceterum ante virilem etatem non puto de argumento forte obato verba facienda eſſe. Aſt vbi facultas liſſerendi radices egerit, tunc, inuitante ocaſione, audere aliquid oratione licebit. Nam uemadmodum qui diu fuerunt vincti, poſtnodum ſoluti ob diuturnam vinculorum onſuetudinem ingredi non valent ac vacilant; ita qui orationem multo a tempore onſtrictam tenuerunt, ii, etiamſi quando porteat ſubito dicere, nihilominus eandem locutionis formam retinent. Permittere vero adhuc pueris, vt ex tempore dicant, a vero cauſa eſt extremae vaniloquentiae. Ferunt quendam ineptum pictorem Apelli maginem oſtendiſſe, hanc, dicentem, modo inxi, tuliſſeque id ab Apelle reſponſi: Vileo vel te tacente, eam eſſe feſtinanter pitam, ac miror, quod non plures tales (eo patio temporis) pinxeris. Sicut igitur (redeo

tores (e. g. Plinius lib. I. epiſt. 20. Gellius VII. 14.) ocant characterem ſermonis. Conf. Voſſius Partit. rat. lib. V. cap. 4. HEVM.

19. *ἐπὶ καιρῦ*] Voſſianus liber habet *ἐκ καιρῦ λέγειν*, quo etiam alii vtuntur pro *ἐκ τῦ παραχρῆμα λέγειν*. Praeterea *ἐπὶ καιρῦ* videri poſſit magis ignificare *tempeſtiue* ſ. *opportune*, quam *ſubito dicere*. t iam obelum minitabatur manus vulgatae ſcripturae, quum peropportune occurreret, adeoque impeum iſtum reprimeret, locus Noſtri e vita Demoſthenis p. 849. D. vbi *ἐπὶ καιρῦ λέγειν*. etiam pro *ex tempore dicere* legitur.

21. *ἐπανάγω*] Metaphora ab iis ſumta, qui quum alios

θεσιν, τὴν θεατρικὴν καὶ παρατραγῳδον, ὅτ αὖ πάλιν καὶ τὴν σμικρολογίαν τῆς λέξεως κ ταπείνωσιν παραινῶ διευλαβεῖσθαι καὶ Φεύγε 22 Ἡ μὲν γὰρ ὑπέρογκος ἀπολίτευτός ἐστιν, δὲ ἰσχνὴ λίαν ἀνέκπληκτος. 23 Καθάπερ τὸ σῶμα ȣ̓ μόνον ὑγιεινὸν, ἀλλὰ καὶ εὐεκτικ εἶναι χρὴ, καὶ τὸν λόγον ὡσαύτως ȣ̓κ ἄνοσ μόνον, ἀλλὰ καὶ εὔρωστον εἶναι δεῖ. 24 Τὸ μ γὰρ ἀσφαλὲς ἐπαινεῖται μόνον, τὸ δὲ ἐπικι δυνον καὶ θαυμάζεται. 25 Τήνδε τυγχά γνώμην ἔχων καὶ περὶ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ δι θέσεως. Οὔτε γὰρ θρασὺν, ȣ̓τ' ἄτολμον κ καταπλῆγα προσῆκεν εἶναι. Τὸ μὲν γὰρ ε ἀναισχυντίαν, τὸ δὲ εἰς ἀνδραποδωδίαν περ σταται. 26 Ἔντεχνον δὲ τὸ τὴν μέσην ἐν ἅπα τέμνειν ἐμμελέστατα. 27 Βȣ́λομαι δ' ἕως ἔ μέμν

alios curſu praeuerterunt, deinde reuertuntur ad ei quos reliquerant. Iulianus Orat. II. p. 69. extr. Ν δὲ τὸ συνεχὲς ἀποδόντες τῷ παρόντι λόγῳ ἐπὶ τ ἐξ ἀρχῆς ἐπανάγωμεν, ὥσπερ οἱ προεκθέοντες τοῖς δρόμοις. Conf. infra c. XVII. 13.

21. τὴν θεατρικὴν καὶ παρατραγῳδον] Subau λέξιν, *ſtylum* ex ſubſequenti commate. HEVM.

22. ἀπολίτευτος] Φιλοσοφία ȣ̓κ ἀπολίτευτ ἐστιν, inquit Aelianus Var. Hiſt. in titulo capitis ı libri III. HEVM.

23. ȣ̓κ ἄνοσον μόνον, ἀλλὰ καὶ εὔρωστον] Eade ſimilitudine vtitur Quintilianus Dial. de orat. cap. XX n. 14. Cicero lib. I. ad Famil. epiſt. 9: *Vellem, non ſolu ſalutis meae, quemadmodum medici, ſed etiam, aliptae, virium et coloris rationem habere voluiſſe* Vid. infra Plutarchus cap. X. n. 5. HEVM.

24. Τὸ μὲν γὰρ ἀσφαλὲς ἐπαινεῖται μόνο Egr

eo enim ad inſtitutum,) orationis formam theatralem nimisque tragicam, ita rurſum quoque nimiam dictionis humilitatem atque tenuitatem ſtudioſe vitare atque fugere iubeo. Nam et nimio turgens faſtu ad orationes publicas inepta eſt, et nimis gracilis nihil habet ad percellendum roboris. At ſicuti corpus non ſanum modo, ſed et firmo habitu esſe; ſic oratio non morbo tantum carere, ſed et robur habere debet. Secura enim laudantur duntaxat; quae autem cum periculo ſunt coniuncta, etiam in admiratione ſunt. Eademque eſt mea de animi adfectione ſententia, quem neque ferocem, neque timidum abiectumque esſe conuenit. Alterum enim impudentes, alterum ſeruiles reddit homines. Artis vero eſt, accurate in omnibus medium tenere. Ceterum dum, quae ſit mea de inſtituendis pueris ſententia, edis-

Egregie haec illuſtrat Plinius lib. VIIII. ep. 26. et Longinus de ſublim. ſect. XXXIII. ad cuius n. 2. Tollius praeter Plinii locum laudatum plures aliorum ſcriptorum locos hanc ſententiam praeclare explicantes collegit.

26. τὴν μέσην ἐν ἅπασι τέμνειν] Hoc vno verbo ὀρθοτομεῖν vocat Paulus 2. Timoth. II. 15. Subaudiendum autem ὁδός. Nam τέμνειν ὁδὸν μέσην, *mediam ingredi viam* ſignificat, vt patet ex Budaeo Comm. ling. Graec. p. 440. v. ὀρθοτομεῖν et διχοτομεῖν. Sic Latini habent adagium, *medium ferire* apud Cic. de fato c. 17. vbi vid. Lambinus, et Victorius Var. lect. lib. I. cap. 18. HEVM.

ἐμμελέςατα] Hic olim ſic adnotaueram. Si a voce

μέμνημαι τῆς παιδείας, ὡς ἔχω δόξης περὶ αὐτῆς, εἰπεῖν, ὅτι τὸν μονόκωλον λόγον πρῶτον μὲν ἀμουσίας οὐ μικρὸν ποιοῦμαι τεκμήριον, ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν ἀψίκορον καὶ πάντῃ ἀνεπίμονον εἶναι νομίζω. 28 Μονῳδία γὰρ ἐν ἅπασίν ἐστι πλήσμιόν τε, καὶ πρόσαντες. ἡ δὲ ποικιλία τερπνὸν, καθάπερ κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷον ἀκούσμασιν ἢ θεάμασιν.

## ΚΕΦ. ι.

Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον μήτε ἀθέατον ἐᾷν εἶναι, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ περιδρομῆς μαθεῖν, ὥσπερεὶ γεύματος ἕνεκεν, ἐν ἅπασι γὰρ τὸ τέλειον ἀδύνα-

voce μέσην incipias, omnino eſſe videtur verſus ſenarius: et metrum habet forte trochaici pars octonarii. Hoc vt putarem, fecit vox ἐμμελέστατα, quae videbatur ſita μετριώτερον, itaque legit etiam Fabricius. Sed vbi ſcriptum codicem (fuit enim ad me aliquanto poſt quam haec ſcripſiſſem miſſus) eum ergo vbi conſului, ἐμμελέστε in eo exaratum vidi, ita quidem perſpicue, vt appareret correctoris manu librarii ſcripturam in extrema voce correctam: planeque eam lectionem amplector. XYLAND. Codd. Vulcob. et Bongarſ. et alia manus in excerptis Cel. Wolfii ἐμμελές τε exhibent, vnde Xylandri emendatio ſatis fit probabilis. Mihi tamen recepta editoribus ſcriptura nondum diſplicet. ʃ

27. ὡς ἔχω δόξης] Eſt Graeca formula ſignificans *quid ſentiam*, ſ. *quae mea ſit ſententia.* Plures huius generis formulas vid. in Scapula v. ἔχω. HEVM.

ἀνεπίμονον] Ἀνεπίμονος λόγος ſignificare videtur orationem, quae ita faſtidioſa eſt, vt auditores *non maneant*

ediſſero, illud adiicio, quod orationem prorſus vniformem primum pro ſigno non leui imperitiae habeam: deinde etiam iudicem, eam in recitatione faſtidium parere nec diu poſſe auditores retinere. Vbique enim vnius tenoris cantilena ſatietatem adfert, et auribus grauis eſt: varietas contra delectat, vt in omnibus aliis ſiue auditionibus ſiue ſpectaculis.

## CAP. X.

Ceterum ferri non oportet, vt puer ingenuus vllius ex circularibus, quas vocant, diſciplinis rudis permaneat: ſed hae quidem in tranſcurſu, veluti guſtus percipiendi gratia diſcendae: (nam in omnibus perfectionem conſequi nemo poteſt,) philoſophia vero omnibus anteferenda: quam meam

*maneant* ad finem vsque recitationis, ſed ſenſim ſe ſubducant et auditorium oratoremque ineptum deſerant. Vid. quae alibi occurrunt de recitationibus veterum. HEVM. Hoc ſenſu quia vocem ἀνεπίμονος alibi legi nondum obſeruatum eſt, Breslauienſis Anonymus coniicit, ἀνυπομόνητον legendum eſſe.

Cap. X. 1. ἐγκυκλίων παιδευμάτων] Quintilianus l. I. c. 10. n. 1. *vt efficiatur* orbis ille doctrinae, *quam Graeci ἐγκύκλιον παιδείαν vocant.* Lege A. Schotti obſ. human. l. II. c. 1. et quos laudat I. A. Fabricius ad Ariſtotelis ἐγκύκλια l. III. Bibl. Gr. c. VII. p. 188.

ἀνήκοον] Plutarchus in praeceptis coniug. p. 145. dicit, μὴ ἀνηκόως ἔχειν ἀστρολογίας.

ἀδύνατον, τὴν δὲ φιλοσοφίαν πρεσβεύειν. 2 Ἔχω δὲ δι' εἰκόνος παραστῆσαι τὴν ἐμαυτ[οῦ] γνώμην. Ὥσπερ γὰρ περιπλεῦσαι μὲν πολλὰς πόλεις καλὸν, ἐνοικῆσαι δὲ τῇ κρατίστῃ χρήσιμον. 3 Ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις· οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι. 4 Διὸ δεῖ τῆς ἄλλης παιδείας ὥσπερ κεφάλαιον ποιεῖν τὴν φιλοσοφίαν. 5 Περὶ μὲν γὰρ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν διττὰς εὗρον ἐπιστήμας οἱ ἄνθρωποι, τὴν ἰατρικὴν, καὶ γυμναστικήν· ὧν ἡ μὲν τὴν ὑγείαν, ἡ δὲ τὴν εὐεξίαν ἐντίθησι. 6 Τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀρρωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρ-

μακο

2. Ὥσπερ γὰρ περιπλεῦσαι] Sic et Nicolaus Damaſcenus in Excerptis Peireſcianis p. 416: *Quemadmodum*, inquit, *iis, qui longam peregrinationem ſusceperunt, vſu venit, vt in quibusdam diuerſoriis prandendi cauſa commorentur, in illis pernoctent, et in nonnullis quidem locis pluſculos dies conſiſtant, alia vero obiter tantum ac praetergredientes adſpiciant, tandem autem reuerſi in ſuis penatibus degant; ita etiam eos, qui literis operam nauant, in quibusdam breuius, in aliis immorari diutius oportere, et has quidem integras perdiſcere, illas vero duntaxat delibare, tandem ad vnam, tanquam ad patriam ac lares reuerſos conſidere.* Sic Seneca ep. 2. HEVM.

3. πλησιάζειν -- ἐμίγνυντο] Nota verecundiam ſtyli in deſcribendo actu Venereo, de qua Conf. Feſſelii Aduerſ. S. lib. II. c. 20; Gatakeri lib. de ſtylo N. T.

cap

am ſententiam hac ſimilitudine poſſum
ſtrare, quod pulchrum quidem eſt, mul-
vrbes nauibus circumuehi, vtile autem,
abitare praeſtantisſimam. Vrbanum eſt
m Bionis philoſophi dictum: Sicut proci
quum non poſſent Penelopa potiri, rem
n eius ancillis habuerint: ita, qui philo-
hiam nequeant conſequi, eos aliis nul-
pretii diſciplinis ſeſe macerare. Itaque
quorum ſtudiorum quaſi caput habenda
philoſophia. Etenim ad corporis cura-
nem duae inuentae ſunt ab hominibus
ntiae, medicina et gymnaſtice: quarum
ra ſanitatem, altera firmam ſani corpo-
conſtitutionem conciliet. Animi autem
rmitatibus atque morbis ſola medetur
loſophia. Huius ope ac ductu cognoſce-
re

XI. et Exc. re. p. 836. Latini etiam dicunt: *miſce-* *alicui.* HEVM.

πλησιάζειν] Ita Noſter ſupra cap. III. n. 1. πλησιά-ες ταῖς γυναιξίν. Dicunt etiam eodem ſenſu σιάζειν ſine caſu. Exempla vide apud Dioſcori- l. III. c. 139. Athenaeum l. XIII. p. 605. extr. Plu-hum Sympoſ. lib. VIII. probl. 1. p. 718. A.

θεραπαίναις] Alii θεραπείαις. Non male. Nam atini *ſeruitia* dicunt pro *ſerui.* HEVM. Haud ra-triusque linguae ſcriptores abſtractis vti pro con-is memini. Noſter de capiend. ex inim. vtil. p. 92. E. ραπείαις βασιλέων poſuit pro σατράπαις. Conf. I. C. Schwartzius ad Olear. de ſtyl. N. T. p. 207. d Theophraſti Char. mor. proœm. p. 3. Ego tamen πείαις, quod praefert venerabilis Heumannus, juam inueni.

 6. Διὰ

μακόν ἐςι. Διὰ γὰρ ταύτην ἐςὶ καὶ μετὰ ταύτης γνῶναι, τί τὸ καλὸν, τί τὸ αἰσχρὸν τί τὸ δίκαιον, τί τὸ ἄδικον· τί τὸ συλλήβδην αἱρετὸν, ἢ φευκτόν· πῶς θεοῖς, πῶς γονεῦσι, πῶς πρεσβυτέροις, πῶς νόμοις, πῶς ἀλλοτρίοις, πῶς ἄρχουσι, πῶς φίλοις, πῶς γυναιξὶ, πῶς τέκνοις, πῶς οἰκέταις χρηςέον ἐςί· ὅτι δεῖ θεοὺς μὲν σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾶν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πειθαρχεῖν, ἄρχουσιν ὑπείκειν, φίλους ἀγαπᾶν, πρὸς γυναῖκας σωφρονεῖν, τέκνων ςερκτικοὺς εἶναι, δούλους μὴ περιϋβρίζειν· 7 τὸ δὲ μέγι-

6. Διὰ γὰρ ταύτην] Lego ταύτης, *per eam* HEVM. Eundem ſenſum parit recepta ſcriptura, et praeclare Ariſtophanis ſcholiaſtes ad Pluti v. 93. Ἰςέον, inquit, ὅτι ἡ ΔΙΑ' πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ, ὡς ἐνταῦθα. Εὑρήσεις δὲ τοῦτο καὶ ἐν πολλοῖς τῶν λογοποιῶν. κ. τ. λ. Conf. Vigerus de idiot. c. VIIII. ſ. 2. n. 7. Schurzfleiſch Animadu. Longin. cap. III. p. 14. ſeq. et Kuſterus ad Comici Plutum v. 143.

τί τὸ καλὸν, τί τὸ αἰσχρ. κ. τ. λ.] Ex hac deſcriptione apparet, Plutarchum praecipue commendare eam philoſophiam, quam Socrates coluit, h. e. philoſophiam moralem. Socrates enim teſte Xenophonte Memor. Socr. I. 1. poſtpoſitis reliquis philoſophiae partibus περὶ ἀνθρωπείων διελέγετο, σκοπῶν, τί εὐσεβὲς, τί καλὸν, τί αἰσχρὸν, τί δίκαιον, τί ἄδικον, τί σωφροσύνη, τί μανία reliqua. Qua deſcriptione ethicae philoſophiae vtitur et Horatius, qui l. I. Epiſt. 2. Homerum optime dicere adfirmat, *quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non.* Conf. Laërtius II. 21. et quae tradit h. l. Aldobrandinus.

χρηςέον ἐςί.] Ex ſententia grammaticorum ſcribendum esſet ἐςίν. Quia tamen exemplaria conſentiunt,

re datur, quid honeſtum ſit, quid turpe, quid iuſtum, quid iniuſtum, vno verbo, quid expetendum, quid fugiendum, quo modo nos erga deos, erga parentes, ſeniores, leges, alienos, magiſtratus, amicos, vxores, liberos, ſeruos gerere debeamus: ſcilicet vt veneremur deos, parentes honore adficiamus, ſeniores reuereamur, legibus obtemperemus, imperantibus pareamus, amicos diligamus, erga vxores prudenter nos geramus, liberos amemus, ſeruos inhumaniter ne

tiunt, nihil mutandum eſſe credidi. Et memini, etiam in aliorum ſcriptorum codicibus vetuſtis ν ἐφελκυστικὸν negligi. Vid. Waſſius ad Thucyd. p. 316. v. 3. in praefatione Dukeri.

πρὸς γυναῖκας σωφρονεῖν] Hoc explicatur 1. Petri III. 7. Magis vero huc pertinent verba Pauli Tit. II. 6. vbi maritos pariter iubet erga vxores σωφρονεῖν. Scilicet σωφρονεῖν h. l. ſignificat *prudenter ſe gerere erga vxores*, non ancillarum modo eas tractare, nec viciſſim earum ſe ſubiicere imperio. Πρὸς γυναῖκας σωφρονεῖν etiam ſignificat *vna vxore contentum eſſe, non ſectari feminas alias*. Aelianus V. H. IV. 1. fin. HEVM. Verbum σωφρονεῖν pulchre explicat ſcholiaſtes MS. Sophoclis ad Aiac. v. 132. vbi tradit, huius oppoſitum eſſe τὸ μαίνεσθαι, et vti μαίνεσθαι de omni eo, qui modum non ſeruet, adeoque de omni vitio, adhibeatur; ita τὸ σωφρονεῖν dici de omni virtute. Inde patet, τοῖς σωφρονοῦσι πρὸς γυναῖκας oppoſitos eſſe non ſolum τοὺς αἰκιστὰς τῶν γυναικῶν, ſed etiam τοὺς δούλους αὐτῶν καὶ τοὺς γυναικομανεῖς, h. e. φιλογύνους, vt explicat hanc vocem Athenaeus l. XI. p. 464.

μέγιϛον, μήτε ἐν ταῖς εὐπραγίαις περιχαρεῖς, μήτε ἐν ταῖς συμφοραῖς περιλύπȣς ὑπάρχειν· μήτε ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἐκλύτȣς εἶναι, μήτε ἐν ταῖς ὀργαῖς ἐκπαθεῖς καὶ θηριώδεις, ἅπερ ἐγὼ πάντων τῶν ἐκ φιλοσοφίας περιγινομένων ἀγαθῶν πρεσβύτατα κρίνω. 8 Τὸ μὲν γὰρ εὐγενῶς εὐτυχεῖν, ἀνδρός· τὸ δ' ἀνεπιφθόνως, εὐηνίȣ ἀνθρώπȣ· τὸ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεῖναι τῶν ἡδονῶν, σοφῶν· τὸ δὲ ὀργῆς κατακρατεῖν, ἀνδρὸς ȣ̓ τȣ̃ τυχόντος ἐϛί. 9 Τελείȣς δὲ ἀνθρώπȣς ἡγȣ̃μαι τȣ̀ς δυναμένȣς τὴν πολι-

7. περιχαρεῖς - - περιλύπȣς] Iſocrates Paraeneſ. p. 26. Οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, ȣ̓́τε δυστυχῶν περίλυπος.

ἐν ταῖς ὀργαῖς ἐκπαθεῖς] Ἐκπαθὴς, *quem immodicus vrget affectus.* Sic ἐκπαθῶς apud Porphyrium, et ἔκθαμβος Actor. III. 11. Vid. Acta philoſ. P. I. p. 141. HEVM.

·eluti in magno conuiuio, illudor. Simillima his et maxime gemina videntur, quae re-ata legimus de Tarentino illo Archyta deque Platone. Ille quum a bello, in quo exercitum duxerat, reuerſus agrum offendiſſet in-cultum, arceſſito procuratori: Non impune, inquit, laturus eras, niſi ego admodum ira exarſiſſem. Plato autem in ſeruum gulo-ſum et flagitioſum accenſus ira, vocato filio ſororis ſuae Speuſippo: Hunc tu, inquit, verbera: ego enim vehementer iratus ſum. Difficilia,

17. ὤμωξας] Οἰμώζειν non ſolum ſignificat *plorare*, ſed etiam *poenas dare*. Vid. Budaeus Comm. ling. Gr. p. 468. et 521. Atque poſterior ſenſus eſt huius loci. Bodem ſenſu adhibetur ab Ariſtophane in Pluto v. 58. et 111. Aelian. Var. hiſt. XII. 1. p. 545. Vid. omnino Andr. Schottus Quaeſt. Tullian. lib. IV. cap. 2. p. 277. HEVM.

δούλῳ] Xenophon lib. V. Hiſt. Graec. p. 561. ſimi-ſcribit: οὐδ᾽ οἰκέτας χρὴ ὀργῇ κολάζειν. HEVM.

ἀπελθὼν κρότησον] Menagius ad Diogenem Laërtium l. III. ſ. 38. hunc Plutarchi locum ita ordinat: Τοῦτον (ἔφησεν ἀπελθὼν) σκύτισον. Crederem, virum doctum vocabulum σκύτισον in aliquo exemplari inueniſſe, niſi conſtaret, non ea, qua par erat, accuratione ab eodem aliorum etiam ſcriptorum teſtimonia exſcripta eſſe. Queſtus iam eſt hac de re I. Wolfius ad Pſeudorigenis philoſophumena cap. XVIII. p. 108. et ſeq. Salmaſius, quod teſtantur ſchedae Celeb. Wolfii, κόῤῥισον legendum eſſe coniicit, quam vocem equidem non intelligo. Non vero negauerim, mihi etiam dubium videri, an verbum κροτεῖν ea, quam hic locus poſtulat, ſignificatione vllibi legatur. Et ſuſpicor, Plutarchum κόλασον, aut ſimile quod-

μαι. 18 Χαλεπὰ δὲ ταῦτα καὶ δυσμίμητα φαίη τις ἄν. Οἶδα κἀγώ. Πειρατέον ἦν εἰς ὅσον οἷόν τέ ἐστι, τούτοις παραδείγμασι χρωμένους τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς. Οὐδὲ γὰρ ἐς τἄλλα ἐνάμιλλοι ταῖς ἐκείνων ἐσμὲν οὔτ' ἐμπειρίαις, οὔτε καλοκἀγαθίαις· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐκείνων, ὥσπερ θεῶν ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι τῆς σοφίας ὄντες, ὅσα πέρ ἐστιν ἐν δυνατῷ, ταῦτα μιμεῖσθαι καὶ περινικῶν

ἐπιχει-

quoddam verbum dediſſe. Quod vero Menagius participium ἀπελθὼν cum ἔφησεν iunxit, nemo factum probabit, cui frequentiſſimus vſus participiorum ἰὼν, ἀπιὼν, ἀπελθὼν, et ſimilium haud ignotus eſt.

18. τὸ πολὺ] Πολὺ, inquit, id eſt, *nimium*. Scilicet Plutarchus non ἀπάθειαν, ſed μετριοπάθειαν ſtatuebat. Itaque non vult iram radicitus euelli, ſed intra ſuos fines coërceri. H. F. V M.

ταῖς ἐκείνων] Olaus Heſychius cum aliis non nullis dedit: τῶν ἐκείνων, quod factum eſt ex confuſione compendiorum ſcripturae.

ἐκείνων, ὥσπερ θεῶν ἱεροφ.] Poſt θεῶν comma ponendum arbitror. Non enim coniungenda ſunt θεῶν ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι, ſed ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι τῆς ἐκείνων σοφίας. Plutarchi ſententia haec eſſe videtur: *Etiam aliis in rebus iſtorum virorum ſcientiam ac virtutes aequare non poſſumus, nihilo minus tamen illorum, quaſi deorum, ſapientiae myſtae atque antiſtites ſumus, ac tantum, quantum fieri poteſt, imitari et adſequi ſtudemus.* Imitatores autem ſummorum philoſophorum δᾳδούχους καὶ ἱεροφάντας ſapientiae illorum vocat Noſter, quia ſolebant vocabula a myſteriis deſumtas ad philoſophiae et artium ſtudia transferre. Vid. erudita adnotatio B. Wolfii ad Pſeudorigenis philoſophumena cap. II. p. 28. In

Mar-

ficilia, inquies, haec ſunt, neque ad imitandum procliuia. Ego vero id facile largior. Sed tamen ſummis enitendum viribus eſt, vt haec intuentes exempla impotentiam ac furorem irae reprimamus. Nam neque aliis in rebus eorum aequamus vel peritiam vel virtutem: non minus tamen, quam illi veluti deorum ſacerdotes ac facigeri ſapientiae, facta eorum, quantum fieri poteſt, imitari ſecta-

Marcellinus in vita Thucydidis ſub init. Τῶν Δημοσθένȣς μύςας γεγενημένȣς θείων λόγων τε καὶ ἀγώνων - - ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θȣκυδίδȣ τελετῶν ἐντὸς καταςῆναι. Hinc explicandum eſt iſtud Naſonis lib. III. Triſt. eleg. XIIII. v. 1. *Cultor et antiſtes doctorum ſancte virorum.* Nolim enim cum Verpoortennio, haud imperito alioquin Ouidii explicatore, *antiſtitem* hic accipére pro eo, *qui alios omnes antecedat.*

ἐςιν ἐν δυνατῷ] Francof. ἐςι, omiſſo ν.

περικνίζειν] Sane quid κνίζειν ſit, non ignoro: quid περὶ faciat ſic ſatis video, quid autem hic poſſit ſignificare περικνίζειν, dicat qui nouit. Suffridus vertit *imitari atque diſcerpere.* Fabricius noſter, *circumrodere.* Ego quid horum ſit περικνίζειν, aut qui huc quadret non video: ſuſpicor legendum παριχνίζειν, *veſtigia ſectari.* In narratione de Antigono et Theocrito, ineſt mendum Vid. β. συμποσιακῶν c. 1. et Macrobium 7. Saturnal. 3. XYLAND Xylander pro περικνίζειν legendum putat παριχνίζειν. Neutra vox poteſt admitti. Nam παριχνίζω nusquam legitur. Ergo emendatione hic opus eſt, quam nondum video HEVM. Περικνίζειν ſignificat *molem aut numerum paulatim minuere.* Exemplum huius ſignificationis ſuggerit Dionyſius Halic. l.VIII. Antiqu. Rom. c. 32. p. 565. Ἀλλὰ περικνίζετε αὐτὴν [τὴν συγκλη-

ἐπιχειρῶμεν. 19 Τὸ τοίνυν τῆς γλώττης κρατεῖν, περὶ τούτου γὰρ, ὥσπερ ὑπεθέμην, εἰπεῖν λοιπὸν, εἴ τις μικρὸν καὶ φαῦλον ὑπείληφε, πλεῖστον διαμαρτάνει τοῦ δέοντος. 20 Σοφὸν γὰρ εὔκαιρος σιγὴ καὶ παντὸς λόγου κρείττων. 21 Καὶ διὰ τοῦτο, μοὶ δοκεῖ, τὰς μυστηριώδεις τελετὰς οἱ παλαιοὶ κατέδειξαν, ἵνα ἐν ταύταις σιωπᾷν ἐθισθέντες, ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων μυστηρίων πίστιν τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν μεταφέρωμεν φόβον. 22 Καὶ γὰρ αὖ, σιωπήσας μὲν οὐδεὶς μετενόησε, λαλήσαντες δὲ παμπληθεῖς.

σύγκλητον] καὶ κατὰ μικρὰ διαλύετε. In Plutarchi loco verbum περικνίζειν equidem interpretarer *paulatim adſequi.* Fauere huic conie&turae videtur Heſychius, qui verbum χναύεται explicat περικνίζεται, λαμβάνει.

19. Τὸ τοίνυν τῆς γλώττης κρατεῖν] Ideo Pythagoras, teſte Iamblichio vit. Pythag. c. 22. quinquennale ſilentium diſcipulis ſuis imperauit, vt exploraret, πῶς ἐγκρατῶς ἔχουσιν, ὡς χαλεπώτερον τῶν ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο, τὸ τῆς γλώσσης κρατεῖν.

ὥσπερ ὑπεθέμην] Cicero lib. 1. de offic. cap. 14: *Deinceps* (vt erat propoſitum) *de beneficentia dicatur.* HEVM.

20. κρείττων] Fortasſe Plutarchus ſcripſerat κρεῖττον. Et ſic eſt in ſchedis Cel. Wolfii. Sententiam vero eandem fuſius tra&tat Plutarchus in libro de Garrulitate, vbi p. 505. ſcribit: Οὐδεὶς οὕτω λόγος ὠφέλησε ῥηθεὶς, ὡς πολλοὶ σιωπηθέντες. Ἔστι γὰρ εἰπεῖν ποτὲ τὸ σιγηθὲν, οὐ μὴν σιωπῆσαί γε τὸ λεχθέν.

21. τὰς μυστηριώδεις τελετάς] Vid. omnino Roeſchelii disputatio de Teletis. HEVM. Etiam Iamblichius

ſectarique annitimur. De fraenanda lingua reſtat vt dicamus, quam rem, qui exigui momenti aut vilem putat, plurimum a vero aberrat. Sapientiae enim fructus eſt ſilentium tempeſtiuum, et quauis oratione potius. Eaque, opinor, de cauſa priſci myſtica ſacra inſtituerunt, vt in his taciturnitati adſueſcentes reuerentiam ac fidem diis praeſtitam ad hominum arcana transferamus. Nam tacuiſſe quidem neminem poenituit, locutos eſſe poenituit permultos: ac facile eſt arcanum eloqui: dictum vero indictum fieri nullo

blichius loco paulo ante indicato opinatur, myſtica ſacra, vt ſilentio adſuefierent homines, inuenta eſſe. Et ipſa myſteria a ſilentio, quod iis debebatur, nomen ſortita ſunt. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ran. v. 459. Μυςήρια δὲ, inquit, ἐκλήθη, παρὰ τὸ τὰς ἀκέοντας μύειν τὸ ςόμα, καὶ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι. Μύειν δέ ἐςι, τὸ κλείειν τὸ ςόμα.

22. Καὶ γὰρ αὖ] Αὖ h. l. eſt παραπληρωματικὸν et pro δὴ ponitur, quem huius particulae vſum etiam Budaeus obſeruauit Comm. ling. Gr. p. 487. HEVM.

ὀδεὶς μετενόησε] Sic Cato ille pſeudonymus lib. I, diſt. 12: *Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.* *Nemo*, inquit Plutarchus, *nulli* Cato: quod capiendum de vniuerſalitate morali, quam vocant philoſophi, i. e. *non facile quisquam* ſiue *raro quisquam*. Nam interdum etiam nocet ſilentium, vti docent exempla Siſinis et Philotae apud Curtium. HEVM. Profeſſus eſt Simonides, teſte Plutarcho de Garrulit. libro extr. ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ ὀδέποτε. Idem Simonidis dictum et plura ſimilia inuenias apud Stobaeum περὶ σιγῆς.

24. οἶδα

πληθεῖς. 23 Καὶ τὸ μὲν σιγηθὲν ἐξειπεῖν ῥᾴδιον, τὸ δὲ ῥηθὲν ἀναλαβεῖν ἀδύνατον. 24 Μυρίους δ' ἔγωγε οἶδα ἀκούσας ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσόντας διὰ τὴν τῆς γλώττης ἀκρασίαν. 25 Ὧν τοὺς ἄλλους παραλιπὼν, ἑνὸς ἢ δυοῖν τύπου ἕνεκεν ἐπιμνησθήσομαι. 26 Τοῦ γὰρ Φιλαδέλφου γήμαντος τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην, Σωτάδης εἰπών·

Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς,

ἐν δεσμωτηρίῳ πολλοὺς κατεσάπη χρόνους· καὶ τῆς ἀκαίρου λαλιᾶς οὐ μεμπτὴν ἔδωκε δίκην. ἵνα δὲ

24. οἶδα ἀκούσας] Verbis cognitionem ſignificantibus eleganter Graeci participia addunt modum cognoſcendi indicantia. Ita Herodotus l. I. c. 20. Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι. Id. l. III. c. 117. extr. Ὡς δ' ἐγὼ οἶδα ἀκούσας. Pauſanias Boeot. p. 775. ἰδὼν οἶδα. Cebes Tab. poſt princip. γινώσκεις ἑωρακώς;

26. Φιλαδέλφου γήμαντος τὴν ἀδελφήν] Pauſanias in Atticis: Οὗτος ὁ Πτολεμαῖος, inquit, Ἀρσινόης, ἀδελφῆς ἀμφοτέρωθεν, ἐρασθεὶς, ἔγημεν αὐτὴν, Μακεδόσιν οὐδαμῶς ποιῶν νομιζόμενα, Αἰγυπτίοις μέντοι, ὧν ἦρχε.

Σωτάδης] De Sotade κιναιδολόγων principe, a quo mollia carmina et impudica Sotadea dicta ſunt, vid. I. A. Fabricii Biblioth. Graec. lib. II. cap. XXII. p. 789. vbi ſimul oſtenditur, hunc Sotadem ab aliis eiusdem nominis, Attico mediae comoediae poëta, diſtingendum esſe. Conf. Hudſon ad Dionyſ. Halic. tom. II. p. 344.

Εἰς οὐχ ὁσίην] Sotades fuit poëta. Vnde ſuſpicor, ita fluxisſe verſum eius: Οὐκ εἰς τρυμαλιὴν ὁσίην σὸν κέντρον ἔωσας. Videtur alluſisſe ad ludos

nullo pacto poteſt. Sexcenta audire me memini exempla eorum, qui ob linguae intemperantiam in grauiſſimas inciderunt calamitates, quorum reliquis omiſſis vnum duntaxat atque alterum pro ſpecimine adducam. Quum Ptolemaeus Philadelphus ſororem ſuam Arſinoën in matrimonium duceret, Sotades, dicens: Inceſto foramini aculeum infigis; in carcerem coniectus eſt, vbi diuturno moerore confectus poenam dedit importunae loquacitatis non iniu-

los equeſtres, *Ringelrennen.* Vid. Ge. Schubarti diſſ. de ludis equeſtribus. HEVM. Athenaeus eandem hiſtoriam narrans nihil mutat. Nec opus eſt. Verſum in Sotadeo genere integerrimum et reliquis Sotadis carminibus, quae Athenaeus, Stobaeus aliique conſeruauerunt, ſimillimum eſſe apparebit, ſi vnum ex pluribus, qui apud Stobaeum ſerm. LXXXXVI. leguntur, verſibus hunc adpoſuero: *Αὐτὸς γὰρ ἐὼν παντογενὴς ὁ πάντα γεννῶν.* Sine cunctatione igitur in noſtris Plutarchi exemplaribus Sotadis verſum, quod in carminibus facere ſolent, ab oratione proſa ſeiunxi. Illum ſi quis eodem carminis genere Latinum reddi velit, hunc omnibus ſyllabis Graeco reſpondentem habeat: *Non legitimum tu fodicas foramen haſta.* Vt autem Sotades *οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν* dixit, ita inceſtum cum ſorore vterina *ἀνοσίους γάμους* vocat Ariſtophanes Ran. 874.

*ἐν δεσμωτηρίῳ*] Athenaeus l. XIIII. Dipnoſ. p. 620. ſeq. ex Hegeſandro grauiore poena Sotadem adfectum narrat. En verba eius: *Πάτροκλος οὖν ὁ τοῦ Πτολεμαίου στρατηγὸς ἐν Καύνῳ τῇ νήσῳ λαβὼν αὐτὸν, καὶ εἰς μολυβῆν κεραμίδα ἐμβαλὼν, καὶ ἀναγαγὼν εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντωσε.* Cum Athenaeo facit



Euſta-

δὲ γέλωτα παράσχῃ τοῖς ἄλλοις, αὐτὸς πολὺν χρόνον ἔκλαυσεν.27 Ἐνάμιλλα δὲ τούτοις καὶ σύζυγα καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστὴς εἶπέ τε καὶ ἔπαθε, καὶ πολὺ δεινότερα. Ἀλεξάνδρου γὰρ πορφυρᾶς ἐσθῆτας κελεύσαντος κατασκευάζειν τοὺς Ἕλληνας, ἵνα ἐπανελθὼν, τὰ ἐπινίκια τοῦ πολέμου τοῦ κατὰ τῶν βαρβάρων θύσειε, καὶ τῶν ἐθνῶν κατὰ κεφαλὴν εἰσφερόντων ἀργύριον· Πρότερον μὲν, ἔφησεν, ἠμφισβήτουν, νῦν δὲ ἤσθη-

Euſtathius ad Iliad. Π. v. 432. vbi ſimul hiſtoriam peſſimi rhetoris et atrociore etiam, quam Sotades, poena digni commemorat, qui Ptolemaeum in ſcelere confirmauit adhibito verſu Homeri: Ἥρην δὲ προσέειπε κασιγνήτην ἄλοχόν τε, ὡς οἷα συμβολικῶς παρακαλῶν, μὴ καινοπραγεῖν τὸν βασιλέα τῇ ἀδελφῇ συγχρωτιζόμενον, εἰ τοιοῦτος καὶ ὁ Ζεύς.

27. Θεόκριτος] Hunc Theocritum cum altero idylliorum ſcriptore confundit Ouidius, et plures. Vid. quae adſcripſi ad Fabricii Bibl. Graec. lib. III. cap. 17. p. 431. De illo Theocrito Chio vid. Ionſius I. 9. p. 46. Athenaeus lib. VI. p. 230. et lib. VIII. p. 344. et 540. Simul ex hoc Plutarchi loco diſcimus, hunc Theocritum vna cum Anaxarcho, Calliſthene, aliiſque doctis viris ab Alexandro comitem aſſumtum fuiſſe expeditionis Aſiaticae. De dicacitate Theocriti Chii vid. Leopardus Emend. lib. IX. cap. 3. et lib. XVII. c. 24. HEVM. Ariſtotelem etiam epigrammate ſatyrico luſit Theocritus iſte Chius, quod ex Ambryonis vita Theocriti deſcripſit Laërtius Diogenes lib. V. Locus Ouidii, quo Theocritum Chium cum Syracuſano confuſum ſuſpicatur Venerab. Heumannus, eſt in Ibide v. 551. Sed facilius omnia mihi perſuaderi patiar, quam ab Naſone celeberrimum poëtam cum Sophiſta iſto confundi potuiſſe.

σεφι-

iuſtam. Scilicet aliis riſum moturus multas ſibimet ipſi expreſſit lacrymas. Eiusdem generis fuit dicacitas pariter ac poena Theocriti ſophiſtae: niſi quod poena ipſi contigit haud paulo grauior. Quum enim Alexander Graecis mandaret, vt purpureas ſibi veſtes pararent, quippe domum reuerſus e bello ſacrificium ob deuictos barbaros peracturus, eoque nomine gentes pecuniam viritim conferrent, aiebat Theocritus, ſibi antea fuiſſe ambiguum, nunc autem exploratisſimum, hanc

ὁ σοφιςής] Athenaeus l. XII. c. 9. eandem hiſtoriam narrans σοφὸν appellat hunc Chium Theocritum. Nec id mirum. Nam docente Philoſtrato de vitis Sophiſt. lib. I. init. τὴν ἀρχαίαν σοφιςικὴν, ῥητορικὴν ἡγεῖσθαι χρὴ φιλοσοφȣ̃σαν.

θύσειε] Θύω cum accuſatiuo iungitur cauſam ſacrificii ſignificante, inquit Budaeus Comm. linguae Gr. p. 178. idque comprobat exemplis. HEVM. Ita dicunt γάμȣς θύειν, pro διὰ τȣ̀ς γάμȣς θύειν ſ. *celebrare nuptias*, Κρόνια θύειν, *Saturnalia celebrare*. Vid. Cuperus obſeru. lib. III. cap. 13. p. 313. ſeqq. Et miror doctisſimum Berglerum apud Alciphronem ep. 39. lib. III. p. 359. pro τα Καλλιγένεια θύȣσι legere iusſiſſe τῇ Καλλιγενείᾳ. Quidni enim τὰ Καλλιγένεια Graece dici posſit, quemadmodum τὰ Ἀσκλήπια et ſimilia? In Plutarchi tamen loco θύειν in ſignificatione propria accipio pro *ſacrificare*. Θύειν ἐπινίκια, (ſcil. ἱερὰ) dicitur vt θύειν χαριςήρια, σωτήρια κ. τ. λ. In his et ſimilibus omisſam eſſe vocem ἱερὰ, patet ex Thucydide, qui lib. V. cap. 116. διαβατήρια ἱερὰ appellat, quae cap. 54. et alibi διαβατήρια tantum dixerat.

ἤσθημαι σαφῶς, ὅτι ὁ πορφύρεος Ὁμήρε ·
νατος ἐτός ἐςιν. Ἐξ ὧν ἐχθρὸν ἐκτήσατο
Ἀλέξανδρον. 28 Ἀντίγονον δὲ τὸν βασιλέα
Μακεδόνων ἑτερόφθαλμον ὄντα, τὴν πήρ
προφέρων, εἰς ἐ μετρίαν ὀργὴν κατέςησε. 29 '
γὰρ ἀρχιμάγειρον Εὐτροπίωνα, γεγενημ
ἐν τάξει, ἐκπέμψας, παραγενέσθαι πρὸς
τὸν ἠξίε, καὶ λόγον δῦναι καὶ λαβεῖν. Ταὶ
δὲ ἀπαγγέλλοντος ἐκείνε πρὸς αὐτὸν, καὶ π
λάκις προσιόντος· Εὖ οἶδα, ἔφησεν, ὅτι ὠ
με θέλεις τῷ κύκλωπι παραθέσθαι· ὀνειδί

πορφύρεος Ὁμήρε θάνατος] Homerum im
tus Virgilius Aeneid. IX. 349. ita canit: *Purpur
vomit ille animam et cum ſanguine mixta Vina refert
riens.* Ex quo Virgilii loco apparet, errare Ma
nium in Hiſt. Crit. de rep. des lettres T. V. p. 278.
docentem, in loco Homeri vertendum eſſe non *n
tem purpuream*, ſed *mortem atram*. HEVM. Mu
parodiis occaſionem praebuit verſus hic Homeri Il
E. v. 83. Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μο
κραταιή, ad quem reſpexit Theocritus. Conf. Diog
Laërt. VI. 57. et ad hunc locum Menagius. Aelia
lib. XVI. Hiſt. An. cap. 1. et ex eo Euſtathius tra
*purpuream mortem* dici eorum, qui *vno ictu celeriter*
moriantur. Quia *purpurae*, quae quidem ad la
tingendas capiantur, vno ſaxi ictu cum teſta confi
gantur, quum alioquin ad tincturam inutiles redd
tur, ſi dolorem ex leuiore ictu ſenſerint.

28. Ἀντίγονον] De hoc Antigono vid. omnino
lianus lib. XII. Var. hiſt. cap. 43. ibique Perizoni
Hiſtoriam vero Plutarchus lib. II. Sympoſ. p. 633. C. l
ge aliter narrat, ita vt mirum videri queat, ab eod
auctore de iisdem tam diuerſa narrari. Macrobi
qui lib. VII. Saturnal. cap. 3. eandem rem narrat,

ſi

hanc ipſam eſſe purpuream illam mortem Homeri: qua voce Alexandrum ſibi inimicum reddidit. Idem quum Antigono, Macedoniae regi, altero carenti oculo, vitium hoc obiecisſet, iram eius grauisſimam prouocauit. Miſerat is Eutropionem, coquorum magiſtrum, ſui tum officii vice fungentem, qui Theocritum ad ſe venire iuberet in colloquium. Id quum hic ei renunciaret, ac ſaepius reuerſus, vt regem adiret, moneret: Probe intelligo, inquit Theocritus, te crudum me velle cyclopi apponere: atque ita

ſentitur narrationi Plutarchi in Sympoſiacis, non autem illi, quam hic legimus.

προφέρων] *exprobrans.* Ita Philoſtratus de vita Apoll. lib. V. cap. 3. προφέρειν δ' αὐτῷ μανίαν. Et paucis interiectis: τὸ δὲ ὠμόταΐον τῶν ἐκείνε μὴ προφέρειν αὐτῷ.

29. ἐν τάξει] Τάξις ſignificat h. l. *munus*, quem illius vocis ſignificatum exemplis probauit Budaeus Comm. L. Gr. p. 332. et Reineſius epiſt. ad Boſium p. 278. ſeq. edit. Schmidii. Reineſio tamen iſta verba: γεγενημένον ἐν τάξει, ad Theocritum relata volenti, non asſentior. HEVM.

ἠξίε] Ἀ'ξιεν, ſignificat *rogare.* Sic apud Aelianum V. H. I. 16. et 25. vbi notetur error verſionis. Et *poſtulare.* Aelianus V. H. III. 26. qui locus huc optime quadrat. et IX. 29. HEVM.

λόγον δῦναι καὶ λαβεῖν] Significat *ſermonem cum aliquo habere*, annotante Budaeo loc. cit. p. 93. et 94. vbi tamen hunc Plutarchi locum omiſit. Sic Virgil. Aeneid. I. 413. Vid. Clericus Sylu. philol. cap. 5. HEVM. Dionyſius Halic. lib. V. Antiqu. cap. 52. init. ὅτε δῦναι λόγον ἀξιεντες, ὅτε λαβεῖν.

τῷ μὲν, ὅτι πηρὸς, τῷ δὲ, ὅτι μάγειρος ἰ
30 Κἀκεῖνος· Τοιγαροῦν, εἰπὼν, τὴν κεφαλ
οὐχ ἕξεις, ἀλλὰ τῆς ἀθυροστομίας ταύτης κ
μανίας δώσεις δίκην, ἀπήγγειλε τὰ εἰρημέ
τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ μὲν πέμψας ἀνεῖλε τ
Θεόκριτον. 31 Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα, ὅπερ ἐ
ἱεροπρεπέστατον, συνεθιστέον τοὺς παῖδας τἀλη
λέγειν. Τὸ γὰρ ψεύδεσθαι, δουλοπρεπὲς, ἰ
πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, καὶ ἰ
μετρίοις δούλοις συγγνωστόν. 32 Ταῦτα μὲν
οὐκ ἐνδοιάσας, οὐδὲ μελλήσας, περὶ τῆς τῶν π
δων εὐκοσμίας καὶ σωφροσύνης διείλεγμαι. Π
δὲ τοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος ἀμφίδοξός ε
καὶ διχογνώμων, καὶ τῇδε κἀκεῖσε κλίνων,
ἐπὶ πλάστιγγος, πρὸς οὐδέτερον ῥέψαι δύναμ
πολὺς δ' ὄκνος ἔχει με καὶ τῆς εἰσηγήσεως ἰ
τῆς ἀποτροπῆς τοῦ πράγματος. Ἀποτολμ
τέον οὖν ὅμως εἰπεῖν αὐτά. Τί οὖν τοῦτό ἐ
33 Πότερα δεῖ τοὺς ἐρῶντας τῶν παίδων ἐὰν ἰ

τ

μάγειρος] Notum eſt ex Athenaeo, coquos iactantiam ſuae nationi propriam olim ludibrio fui Vid. Caſaubonus Animaduerſ. in Athenaeum lib. V cap. XI. p. 516. HEVM.

30. τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις] Κεφαλὴ (vt ca apud Latinos) h. l. ſignificat *vitam*. Sic Aelia lib. XIII. cap. 2. fin. Herodianus II. 13. 18: κεφα κῶς κολάζεσθαι, *capitis ſupplicio affici*. HEVM. Demaratus apud Herodotum lib. VIII. cap. 65. ἢν τοι ἐς βασιλῆα, inquit, ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦ ἀποβαλέεις τὴν κεφαλήν.

πέμψας ἀνεῖλε] Phraſis eadem exſtat Ma XIV. 10. Vid. Xenophontis loca ibi a me adſcri

HE

ita huic, quod coquus, illi, quod vnoculus esſet, exprobrauit. At Eutropio, Hoc, inquit, tu haud impune feres, ſed iſtam linguae petulantiam atque adeo inſaniam capite lues. Statimque ad regem hoc retulit, qui Theocritum interfici iuſſit. Praeter haec omnia adſuefaciendi ſunt pueri, vt vera dicant, qua n re ſumma eſt ſanctimonia. Mentiri enim eruile eſt, ac merito omnibus hominibus xoſum, ac ne illis quidem ſeruis, qui non int infimae conditionis, condonandum. Atque haec quidem de pueris ad elegantiam norum atque ad prudentiam inſtituendis rmo intrepidoque animo disſerui. De eo utem, quod nunc perſequar, in diuerſas nimus trahitur partes, ac quaſi in trutina oſitus modo huc, modo illuc impellor, eutra parte praeponderante: adeoque admodum aegre ſuaſorem disſuaſoremque me oraebeo. Dicenda tamen eſt ſententia, definien-

HEVM. Sic Matthaeus II. 16. *ἀποςείλας ἀνεῖλε.* Vid. ad iſtum locum philologi.

31. *ἱεροπρεπέςατον*] Reſpicit Plutarchus ad dicta Pythagorae de veritate. Vid. Schefferus de philoſophia Italica p. 47. ſeqq. 58. 62. HEVM.

33. *Πότερα δεῖ τὰς ἐρῶντας*] Haec quaeſtio hodie videri poteſt inepta, ſed illi aeuo erat accommolata, quo inter ethnicos corruptio Venerea pulcrorum dolefcentulorum non minus erat vſitata, quam corruptio virginum. Vnde Corn. Nepos laudat Socraem, quod in eodem lecto iacuerit cum Alcibiade nec amen eum violarit. Vti igitur hodie recte quaeritur,

 an

τοῖς συνεῖναι καὶ συνδιατρίβειν, ἢ τοὐναντίον εἴργειν αὐτοὺς καὶ ἀποσοβεῖν τῆς πρὸς τούτους ὁμιλίας προσῆκεν. 34 Ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψω πρὸς τοὺς πατέρας αὐθεκάστους καὶ τὸν τρόπον ὀμφακίας, καὶ στρυφνούς, οἳ διὰ τὴν τῶν τέκνων ὕβριν οὐκ ἀνεκτὴν νομίζουσι τὴν τῶν ἐρώντων ὁμιλίαν, εὐλαβοῦμαι ταύτης εἰσηγητὴς γενέσθαι καὶ σύμβουλος. 35 Ὅταν δ' αὖ πάλιν ἐνθυμηθῶ τὸν Σωκράτην, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ξενοφῶντα, τὸν Αἰσχίνην, τὸν Κέβητα, τόν πάντα χορὸν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ τοὺς ἄῤῥενας ἐδοκίμασαν ἔρωτας, καὶ τὰ μειράκια προήγαγον ἐπί τε παιδείαν, καὶ δημαγωγίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν

τὴν

an docto iuueni committenda ſit inſtitutio venuſtae adoleſcentulae, e. g. Abaelardo Heloiſſae, ſic olim altera quaeſtio aeque debebat excuti. HEVM. De puerorum amore multa diſſerit Plato in conuiuio, et Plutarchus in Amatorio. Conf. erudita adnotatio Io. Mich. Heuſingeri ad Nepot. praefat. n. 4.

34. διὰ τὴν τῶν τέκνων ὕβριν] *propter filiorum corruptionem.* Ὕβρις μὲν γὰρ (Sic explicat Vlpianus in Demoſthenis orat. contra Midiam p. 161. B.) καὶ ἡ τῶν πληγῶν, ὕβρις δὲ καὶ ἡ αἰσχρὰ συνουσία.

35. τὸν Σωκράτην] De amore Socratico diſſerit Maximus Tyrius diſſ. 8. 9. 10. et 11. Socrates ceterique h. l. memorati, fuerunt amatores puerorum non flagitioſi et Sodomitici, ſed honeſti. *Amorem pium puerorum* vocat Virgilius Aen. V. 296. HEVM.

προήγαγον] In Georgii Syluani exemplaribus, credo typothetae culpa, male προσήγαγον legitur. Saepe haec confunduntur. Vid. Cel. Patruus meus ad Iuliani Caeſares p. 99. Προσάγειν τινὰ ſignificat *aliquem adducere in ſententiam, in partes allicere.* Iſocrates

tes

finiendumque, vtrum amatoribus puerorum permittenda ſit eorum conſuetudo, an potius ab iis arcendi ſint repellendique. Quum enim oculos conuerto in patres intractabiles ac moribus aſperos auſteroſque, qui conſuetudinem amantium ob infamiam inde ad liberos redundantem ferri oportere negant, vereor eius rei autor fieri atque ſuaſor. Rurſus quum in mentem venit Socratis, Platonis, Xenophontis, Aeſchinis, Cebetis, totiusque chori iſtorum virorum, qui maſculos approbauerunt amores, ſeque adoleſcentulis duces praebuerunt quum ad eruditionem, tum ad mores gratioſos pariter ac honeſtos

tes Panegyr. p. 104. Τὴν μὲν οὖν ἡμετέραν πόλιν ῥᾴδιον ἐπὶ ταῦτα προσαγαγεῖν. et p. 133. τῷ ποιεῖν εὖ προσαγόμενοι τὰς πόλεις. Sed προάγειν τινὰ ἐπί τι eſt *ducem ſe alicui praebere ad aliquid conſequendum.* Xenophon lib. I. Mem. Socr. cap. 4. Προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπ' ἀρετὴν κράτιστον εἶναι, προαγαγεῖν ἐπ' αὐτὴν οὐχ ἱκανόν. Iſocrates Panegyr. p. 112. τοὺς δ' Ἕλληνας [ταύτης ἡγεμονίας] ἐπὶ τοσαύτην εὐπορίαν προαγαγούσης.

δημαγωγίαν] Δημαγωγεῖν ſignificat *gratiam alicuius ſibi conciliare.* E. δημαγωγία ſignificat *gratiam morum* ſ. *gratioſos mores.* Vid. Budaeus p. 420. Apud Aelianum V. H. lib. XIII. cap. 37. δημαγωγία ſignificat *ciuilitatem imperantis.* Vbi male Interpres. HEVM. Malo tamen hoc Plutarchi loco cum Olao Heſychio δημαγωγίαν accipere de *adminiſtratione publicae rei.* Fuerunt enim iſtorum virorum Φοιτηταὶ καὶ ἐρώμενοι, qui praeclare rem publicam geſſerunt.

τὴν τῶν τρόπων, πάλιν ἕτερος γίνομαι, καὶ κάμπτομαι πρὸς τὸν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ζῆλον. 36 Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις Εὐριπίδης οὕτω λέγων·

Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
Ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε, κἀγαθῆς.

37 Τὸ δὴ τοῦ Πλάτωνος σπουδῇ καὶ χαριεντισμῷ μεμιγμένον οὐ παραλειπτέον. Ἐξεῖναι γάρ φησι δεῖν τοῖς ἀριστεύσασιν, ὧν ἂν βούλωνται τῶν καλῶν φιλῆσαι. Τοὺς μὲν οὖν τῆς ὥρας ἐπιθυμοῦντας ἀπελαύνειν προσήκε, τοὺς δὲ τῆς ψυχῆς ἐραστὰς ἐγκρίνειν κατὰ τὸ σύνολον. 38 καὶ τοὺς

μὲν,

ἕτερος γίνομαι] Sic etiam Plautus loquitur Trinummo I. 2. 124: *Prob dii immortales! verbis paucis quam cito Alium feciſti me: alius ad te veneram.* HEVM. Theophraſtus Charact. cap. I. n. 11. Καὶ λέγειν, ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι. Cicero ad Brutum lib. XI. ep. n. n. 5. *Itaque homines alii facti ſunt.* Vid. ibi diligentiſſimus Cortius.

36. Εὐριπίδης] Locus legitur in fragmento Dictyos v. 3. p. 464. tom. II. Barneſ.

37. Πλάτωνος] Lib. V. de reb. p. 662. B.

ὧν ἂν βούλωνται] Sic Francof. ſatis Attice. Olaus Heſychius cum codd. Vulc. et Bong. quibus accedunt tres Voſſiani libri, dedit ὃν ἂν βούλωνται.

φιλῆσαι] Idem dictum recitat Maximus Tyr. Diſſ. VIII. p. 86. vbi φιλεῖν Heinſius vertit non *oſculari*, ſed *amare*. Haec verba plane non posſunt verti. Nam in καλῶν et φιλεῖν eſt ambiguitas, (prius enim et *pulchros* et *bonos*; poſterius quum *amare*, tum *oſculari* ſignificat:) quae Latinis verbis exprimi non poteſt. Posſunt enim ea verba ita capi, vt licitum iudicetur, *oſculari pulchros*. Sed et hunc admittunt ſenſum: *Licet*

*amare*

eſtos comparandos, ſententiam muto, et
d imitandos viros illos excitari me ſentio.
Accedit Euripidis teſtimonium, ita dicentis:

*Sed eſt et alius inter mortales amor,*
*Quo iuſta mens prudensque amatur ac proba.*

Nec illud Platonis praetermittendum, qui
eriae rei admiſcens vrbanitatem aiebat, per-
nisſum esſe debere viris excellentibus, vt
quemcunque velint, oſculentur. Arcendi
gitur ſunt, qui pulchritudinem corporis ap-
etunt: mentis autem amatores omnino
com-

*amare bonos.* Ac poſterior quidem ſenſus a Platone innuitur, non prior. HEVM.

ἐγκρίνειν] Κρίνειν Graecis eſt *diſtinguere*, *ſeparare*, *ſecernere*, quam ſignificationem retinuerunt Latini in verbo *cernere*. Vid. nouus Lat. linguae theſaurus, quem edit Io. Matthi. Geſnerus ille ſaeculi noſtri quot Varrones! voc. *Cerno*. Inde ἐγκρίνειν eſt *poſt factam ſecretionem admittere*, *in numerum probatorum recipere*. Plato de rep. lib. II. p. 604. καὶ ὃν μὲν ἂν [οἱ μυθοποιοὶ] καλὸν μῦθον ποιήσωσιν, ἐγκριτέον, ὃν δ᾽ ἂν μὴ, ἀποκριτέον. Plutarchus lib. I. de plac. philoſ. cap. 8. Ἐπίκȣρος δὲ ȣ̓δὲν τȣ́των ἐγκρίνει. Adde Cl. Elſneri obſ. ſacr. tom. II. p. 154.

38. τȣ̀ς μὲν Θήβησι καὶ τȣ̀ς Ἤλιδι] Per amores Thebanos et Eleos intelligi concubitus cum pueris ſ. παιδεραςίαν, diſci poteſt ex Xenophontis de rep. Laced. libro p. 678. Sympoſ. p. 898. ex Max. Tyrio diſſ. X. p. 113. et Sexto Empir. lib. III. Hyp. Pyrrh. §. 199. et ex Aeliano lib. XIII. V. H. cap. 5. HEVM.

τὸν

μὲν Θήβησι καὶ τὰς Ἤλιδι φευκτέον ἔρωτ
καὶ τὸν ἐκ Κρήτης καλάμενον ἁρπαγμόν·
δὲ Ἀθήνησι καὶ τὰς ἐν Λακεδαίμονι ζηλωτέ
[καὶ τῶν παίδων μιμητέον.] Περὶ μὲν ἂν τάτ
ὅπως ἕκαστος αὐτὸς ἑαυτὸν πέπεικεν, ἂτ
ὑπολαμβανέτω.

## ΚΕΦ. ιέ.

Ἐγὼ δὲ, ἐπειδὴ περὶ τῆς τῶν παίδων εὐτ
ξίας εἴρηκα καὶ κοσμιότητος, καὶ ἐπὶ τ
τ

τὸν ἐκ Κρήτης καλάμ. ἁρπαγμόν] *Raptum ex Cr*
eſſe raptum puerorum formoſorum, patet ex Athena
lib. XIII. p. 601. et 602. fin. Sexto Emp. lib. I.
Pyrrh. hyp. §. 199. Conf. Bayle Dictionn. v. *Chryſip*
*fils* not. B. p. 920. Perizonius ad Aelianum V. I
lib. III. cap. 9. p. 186. HEVM. Vt deſinant paedago
cum Weſthuſio τὸν ἐκ Κρήτης ἁρπαγμὸν male
raptu Ganymedis explicare, ex Strabonis lib. X. p. 4
morem amandi Cretenſium commemorabo. *Non pe*
*ſuadendo Cretenſes, ſed raptu ſibi amaſios quaerun*
*Praedicit amator aliquot ante diebus amicis pueri,*
*rapturum eſſe. His turpe putatur occultare puerum*
*aut domi continere, quia ſic confeſſio facta videretu*
*puerum amatore indignum eſſe. Congreſſi igitur, ſi aequ*
*lis ſit raptor, ſiue dignior, reluctantur quidem, ſed len*
*ter tantum, et vt legi ſatisfiat. Tunc laeti puerum a*
*duci ſinunt. Amabiles putant non qui forma, ſed q*
*fortitudine et modeſtia inſignes ſunt. Raptus ab am*
*tore, acceptis donis et comitantibus iis, qui raptui inte*
*fuerunt, ducitur quocunque libuerit. Conuiuio et ven*
*tione vſi per bimeſtre (diutius enim raptum detinere n*
*licet) deinde in vrbem reuertuntur. Dimittitur rurſ*
*puer veſte bellica, boue et poculo donatus. His dom*
*quae ſunt legitima, accedunt alia, eaque ita ſumtuoſ*

:omprobandi: adeoque Thebani quidem et Elei amores fugiendi ſunt, itemque raptus ·x Creta, quem vocant; ſtudendum autem is amoribus eſt, qui Athenis vigent et Lacedaemone. Sed hac de re eam quisque, quam verisſimam iudicauerit, ſequatur ſententiam.

## C A P. XV.

Poſteaquam de aetate puerili ad humanitatatem morumque elegantiam informanda

*nt ob ſumtuam magnitudinem amici ſaepe ſtipem conferant.* Plura qui cupit Strabonem adeat et conferat Meurſii Cretam lib. III. cap. 13. ac Begeri Theſ. Brandenb. tom. I. p. 398. ſeq. Apud Plutarchum autem pro *ἐκ Κρήτης* codex Vulcob. et alius in excerptis Cel. Wolfii *ἐν Κρήτῃ* ſuppeditat. Nihil tamen muto, quia utraque ſcriptura eundem facit intellectum. Sic *ἀντὶ τῆς* ἘΝ Ἄ*ργει ἀσπίδος* inuenias etiam *τὴν* ἘΞ Ἄ*ργους ἀσπίδα*. Vid. Spanhemius ad Callimachi hymn. in Pall v. 35. p. 570. ſeq.

*καὶ τῶν παίδων μιμητέον*] Iam dudum mihi ſuboluit, haec verba, [de quibus in varr. lectt. exempl. Francof. adnotatum eſt, in áliquot codicibus ea non legi, ſed relictum esſe inane ſpatium] esſe manifeſtum glosſema: Scilicet *ζηλωτέον* explicat *τὸ μιμητέον*, et voci *ἔρωτας* aliquis adiecerat *τῶν παίδων*. HEVM. Vtique abiicienda ſunt haec verba, quae etiam in interpretàtionibus ſuis neglexerunt in Germanica Io. Fichardus, et Amiotus in Gallica. Quam acute huius glosſematis natales inueſtigauerit venerabilis Heumannus, vel illud argumento eſt, quod in vno libro Celeb. Volfio indice *Φευκτέον τῶν παίδων ἔρωτας* legitur.

Cap. XV. *εὐταξίας - κοσμιότητος*] Vtrumque verbum

τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἤδη μεταβήσομαι, μικρὰ παντάπασιν εἰπών. 2 Πολλάκις γὰρ κατεμεμψάμην τοὺς μοχθηρῶν ἐθῶν γεγονότας εἰσηγητὰς, οἵτινες τοῖς μὲν παισὶ παιδαγωγοὺς καὶ διδασκάλους ἐπέστησαν, τὴν δὲ τῶν μειρακίων ὁρμὴν ἄνετον εἴασαν νέμεσθαι, 3 δέον αὖ τοὐναντίον πλείω ποιεῖσθαι τούτων εὐλάβειαν καὶ φυλακὴν, ἢ τῶν παίδων. 4 Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι τὰ μὲν τῶν παίδων πλημμελήματα μικρὰ καὶ

bum etiam coniunxit Herodianus quum Hiſt. lib. II. 4. 9. Pertinacem laudat, quod milites a rapinis iniuriisque reuocauit εἰς τε τὸ εὔτακτον καὶ κόσμιον. Item lib. VI 3. 15. HEVM.

μικρὰ παντάπασιν εἰπών] Hae tres voces quid ſibi velint, non video. Posſunt abesſe. Videtur esſe varia lectio, in margine adſcripta n. 4. ad verba μικρὰ καὶ παντελῶς. HEVM. Ego ſcripturam codicis Vulcob. amplector, μικρὰ παντάπασι προειπών. Ita nihil ſuperfluum videri poterit. Plutarchus nimirum dicit, *ſe ad adoleſcentulorum aetatem transgresſurum, ſi pauca omnino praefatus fuerit.* Totum enim caput XV. commode haberi poteſt praefatiuncula partis tractationis, quam Noſter de adoleſcentibus ſubiunxit.

2. ἐθῶν] Lego ἠθῶν. Vocat enim eos auctores malorum morum, qui adoleſcentiae frena laxant. HEVM. Cum Celeb. Heumanno faciunt codd. Vulc. Bong. et aliquot Voſſ.

3. δέον αὖ τοὐναντίον] Deleui τελείαν στιγμὴν ante vocabulum δέον, quam turpi oſcitatione editores inuexerant. Quam arcte haec cum praecedentibus cohaereant, praeter alios interpretes vidit etiam Xylander, qui praeclare haec ita reddit: *quum contra hi maiore quam pueri cura atque cuſtodia fuerint regendi.* Participio δέον, vt aliis innumeris, vtuntur Graeci pro

dixi, nunc ad adoleſcentes progredior. epenumero enim vituperaui parentes, ad sque prauorum morum retuli originem, od, quum pueris paedagogos et magiſtros aeficiant, adoleſcentum affectibus frena tent, eosque libere ferri patiantur. Imo ro his maior, quam pueris, cura atque cuodia eſt adhibenda. Quis enim neſcit, leora esſe peccata puerorum nec inſanabilia? uid enim peccant, niſi quod aliquando paeda-

o genitiuis abſolutis. Ita Herodotus lib. I. cap. 35. ιρεόν. Sophocles Electr. v. 367. ἐξὸν, quod inedis ſcholiaſta explicat δυνατῦ ὄντος. Ariſtophanes ſiſtr. v. 13 εἰρημένον, vbi vid. Kuſterus. Demoſthes contra Ariſtog. p. 495. C. et Aelianus in epilogo ſtor. animal. ἐξόν. Plutarchus de def. orac. p. 414. B. ξαν, quod etiam legitur apud Longum Paſtoral. lib. I. 4. v. 21. Iulianus Miſopog. p. 354. δέον. Conf. Cel. ukerum ad Thucydidis lib. VI. cap. 82. p. 429. Nec ibito, quin apud Thucydidem lib. II. cap. 47. licet a omnia cenſeant antiqui et noui interpretes, partiium λεγόμενον eadem ratione explicandum ſit. ſita ante vocabulum λεγόμενον maiore interpunone periodum ita necto et explico: Λεγόμενον μὲν ἡ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ ῆμνον, καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις, ὐ μέν τοι τοσῦτός λοιμὸς, ὐδὲ φθορὰ ὕτως ἀνθρώπων ὐδαμῦ νημονεύετο γενέσθαι. *Quamuis conſtaret ex relanibus, et ante pluriſariam inuaſiſſe circa Lemnum et bi, nemo tamen de tam graui peſtilentia, tantaque houm ſtrage vſpiam facta recordabatur.* Et miror, c non vidisſe ſcholiaſten, qui participium εἰρημένον iiliter a Thucydide adhibitum toties explicauerat.

4. παν,

καὶ παντελῶς εἰσὶν ἰάσιμα, παιδαγωγῶν ἴσως ὀλιγωρία, καὶ διδασκάλων παραγωγῆς ἀνηκουστία. 5 Τὰ δὲ τῶν ἤδη νεανισκευομένων ἀδικήματα πολλάκις ὑπερφυᾶ γίνεται καὶ σχέτλια, ἀμετρία γαστρὸς, καὶ κλοπαὶ πατρῴων χρημάτων, καὶ κύβοι, καὶ κῶμοι, καὶ πότοι, καὶ παρθένων ἔρωτες, καὶ γυναικῶν οἰκοφθορίαι γαμετῶν. 6 Οὐκοῦν τὰς τούτων ὁρμὰς ταῖς ἐπιμελείαις δεσμε-

4. παντελῶς εἰσίν] Probo, quod codices Turn. Vulcob. et Bongarſii habent, παντελῶς ἐστίν.

παραγωγῆς] Lege hic παρ' ἀγωγὴν ἀνηκουστία, ſicut emendat Fabricius. Legebatur enim παραγωγῆς, quae tamen ipſa quoque vtcunque lectio videtur ſtare poſſe, vt παραγωγὴ ſit *debortatio a vitio* ſiue *deductio*, quam tamen adoleſcentes auerſentur. In ſcripto legitur παραγωγὴν, et ſuper παρὰ eſt πρὸς rubrica annotatum. Vnde Fabriciana lectio iuuari poteſt, quam ſequutus ſum. XYLAND. Plane deleo, ortum quippe ex proxime praecedenti voce παιδαγωγῶν. HEVM. Francof. exemplaria habent παραγωγῆς. Olaus Heſychius, quem alii ſequuti ſunt, ex Fabricii emendatione dedit παρὰ ἀγωγήν. Mihi non diſplicet, quam nec Xylander damnat, vulgata ſcriptura παραγωγῆς. Παραγωγὴ ſignificat *a priore ſententia ac voluntate auocationem.* Hoc ſenſu dicit Plato lib. II. de re publ. p. 364. D. Stephan. ex Homeri verbis στρεπτοὶ δέ γε καὶ θεοὶ αὐτοί, quoſdam teſtimonium deſumere τῆς τῶν θεῶν ὑπ' ἀνθρώπων παραγωγῆς. h. e. *deos ab hominibus flecti, eorumque iram ac vindictam euitari poſſe.* Nec ſemper παράγειν ſignificat *fraude*, ſiue *in deterius aliquem perducere*, ſed in bonam etiam accipitur partem, et generatim adhibetur pro *alio deducere*, *mutare animum*. Plato in libro, quem dixi, p. 365. E. ὡς εἰσὶν [οἱ θεοὶ] οἷοι θυσίαις τε

paedagogum ſuum contemnunt, vel magiſtro non praeſtant obedientiam? At eorum, qui ex ephebis excesſerunt, delicta ſaepenumero ſunt atrocia et nefaria, vt intemperantia, furta pecuniae paternae, alea, comesſationes, compotationes, virginum amores, nuptarumque mulierum corruptiones. Annon igitur iuueniles impetus ſollicita obſeruatione velut vin-

τε καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι καὶ ἀναθήμασι παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι, *poſſe deos victimis et precibus et donariis flecti et placari.* Plutarchus in vita Pompeii p. 659. C. ὑποκατακλινομένου τοῦ Κρατίππου, καὶ παράγοντος αὐτὸν [τὸν Πομπήϊον] ἐπὶ τὰς ἀμείνονας ἐλπίδας. Eſt igitur διδασκάλων παραγωγῆς ἀνηκουςία, *ſi quis praeceptorum monita, quibus flectere diſcipulos et in meliorem ſententiam pertrahere laborant, non audiat.*

5. ὑπερφυᾶ] Atticae dialecti ignarus mutauerat in ὑπερφυῆ. Ariſtophanes Ran. v. 624. Μάλ' ὑπερφυᾶ. Conf. Heupelius de dialect. can. 8.

οἰκοφθορίαι] Φθείρω vſurpatur de libidinoſa corruptione mulierum. Vid. quae adnotaui ad cap. VII. n. 20. Οἰκοφθόρος occurrit in Ignatii Epiſt. ad Epheſ. §. 16. HEVM.

γαμετῶν] Cod. Vulcob. καὶ γαμετῶν. Sed coniunxit Plutarchus γυναῖκας γαμετὰς, vt Xenophon Mem. Socr. p. 826. C. καὶ γυναιξὶ ταῖς γαμεταῖς. Dionyſ. Halic. lib. VIII. Antiqu. Rom. cap. 56. Ὁσίῳ πόλεως νόμῳ, γυναῖκες γαμεταὶ, δεδώκατέ με. Herodian. lib. I. Hiſt. cap. 16. n. 9. ἡ οὐδέν τι ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικός.

6. Οὐκοῦν] h. l. accipiendum eſt in ſignificatione collectiua. Vid. Deuarius de particulis p. 289. ſeq. Cel. Heumannus interpretatus eſt, ac ſi legeretur οὔκουν.

θεσμεύειν καὶ κατέχειν προσῆκεν. 7 Ἀταμίευτον γὰρ τῶν ἡδονῶν ἡ ἀκμὴ, καὶ σκιρτητικὸν καὶ χαλινοῦ δεόμενον. Ὥσθ' οἱ μὴ τῆς ἡλικίας ταύτης ἐῤῥωμένως ἀντιλαμβανόμενοι, τῇ διανοίᾳ διδόντες ἐξουσίαν ἐπὶ τὰ ἀδικήματα λανθάνουσι.

## ΚΕΦ. ιϛ'.

Δεῖ τοίνυν τοὺς ἔμφρονας πατέρας παρὰ τοῦτον μάλιστα τὸν καιρὸν φυλάττειν, ἐγρηγορέναι, σωφρονίζειν τοὺς μειρακίσκους διδάσκοντας, ἀπειλοῦντας, δεομένους, συμβουλεύοντας, ὑπισχνουμένους, παραδείγματα δεικνύντας τῶν μὲν διὰ φιληδονίαν συμφοραῖς περιπεσόντων, διὰ δὲ καρτερίαν ἔπαινον καὶ δόξαν ἀγαθὴν περιποιησαμένων. 2 Δύο γὰρ ταῦτα ὥσπερ στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς εἰσὶν, ἐλπίς τε τιμῆς, καὶ φόβος τιμωρίας. Ἡ μὲν γὰρ ὁρμητικωτέρους πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἡ δὲ ὀκνηροὺς πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων ἀπεργάζεται.

ΚΕΦ

7. τῇ διανοίᾳ] Muretus in Var. Lect. lib. XIV. cap. 1 legendum putat τῇ ἀνοίᾳ, cuius ſententiam probat Cel. Heumannus et interpretatur *ſtolidae aetati* ſ. *ſtolidis adoleſcentibus.* Non ſperno Mureti lectionem quam habes etiam in Voſſ. 1. et addita particula δὴ in Voſſ. 2. in ſchedis Cel. Wolfii. Malo tamen explicare τῇ ἀνοίᾳ ſcil. ἑαυτῶν, vt ſententia prodeat: *ignorant, feneſtram hac ſtultitia ſua filiis ad flagitia patefieri.* Niſi tamen τῇ διανοίᾳ eodem modo explicari poteſt.

τὰ

vinciendi ſunt continendique? Aetas enim illa non comprimit cupiditates ſuas, ſed laſciuit et freno opus habet: adeoque qui aetatem iſtam non valide cohibent, imprudentes concedunt ſtolidae aetati poteſtatem ea, quae dixi, flagitia committendi.

## CAP. XVI.

Quod quum ita ſit, cordatis parentibus ea maxime tempeſtate vigilandum eſt, vt cuſtodiant adoleſcentes atque coërceant, docendo, minando, rogando, ſuadendo, pollicendo, exempla demonſtrando quum eorum, quos voluptatum ſtudium in miſeriam coniecit, tum eorum, qui continentia laudem ſibi gloriamque parauerunt. Haec enim duo quaſi elementa ſunt virtutis, ſpes honoris, et metus poenae: quorum illa homines reddit alacriores ad pulcherrima quaeque ſtudia, hic ſegniores ad vitia.

CAP.

τὰ ἀδικήματα] Τὰ i. e. ταῦτα, quae modo dixi. HEVM. Nolim equidem haec ad ea tantum, *quae dixerat* Plutarchus, vitia reſtringi, quae ad flagitia etiam alia extendenda ſunt.

Cap. XVI. τῶν μὲν διά] Placet ſcriptura Voſſ. e. in Celeb. Wolfii collatione: τῶν, διὰ μὲν Φιλ.

διὰ δὲ καρτερίαν] Ita Francof. Olaus vero Heſychius et Breslauienſis editor, neſcio vnde acceptum, dederunt τῶν δὲ διὰ καρτερίαν.

## ΚΕΦ. ιζ.

Καὶ καθόλου δὲ ἀπείργειν προσήκει τοὺς πα-
δας τῆς πρὸς τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους συν
σίας. 2 Ἀποφέρονται γάρ τι τῆς τούτων κ
κίας. 3 Τοῦτο δὲ παρήγγελλε καὶ Πυθαγόρ
αἰνίγμασιν, ἅπερ ἐγὼ παραθεὶς ἐξηγήσομ
Καὶ γὰρ ταῦτα πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν συμβάλλ
ται ῥοπὴν οὐκ ἐλαχίστην. 4 Οἷον, μὴ γεύεσθ
μελανούρων, τοῦτ' ἔστι, μὴ συνδιατρίβειν μέλα
ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν. 5 Μηδὲ ζυγ
ὑπερβαίνειν, ὅτι δεῖ τῆς δικαιοσύνης πλεῖς
ποιεῖσθαι λόγον, καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνε
6 Μηδὲ ἐπὶ χοίνικα καθίσαι, φεύγειν ἀργία
καὶ προνοεῖν, ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευ
σωμεν τροφήν. 7 Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δ
ξιὰν, ἀντὶ τοῦ, προχείρως οὐ δεῖ συναλλάττε
8 Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον, ὅτι δεῖ τὸν βί
ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δεσμῷ προσάπτε

αὐτό

Cap. XVII. τοὺς παῖδας] Ex vſu Atticorum re dendum *filios*. Et ſic paulo poſt n. 14. Plutarch enim non iam de pueris, ſed agit de adoleſcentibus.

3. αἰνίγμασιν] De Pythagorae ſymbolis videant quos laudat Io. Alb. Fabricius Bibl. Graec. lib. II. c. XI p. 464. ſeqq.

6. χοίνικα] Quid fuerit χοῖνιξ, vid. Aelian V. H. lib. I. cap. 26. Senſus ſymboli huius: *Non c gites: Iam habeo cibum et potum, ergo edam et bibam; ſ labores ſtrenue, ne poſt breuem voluptatem premar egeſtate.* HEVM. Χοῖνιξ erat menſura, tantum fru menti capiens, quantum vno die homini ſatis eſſe quae inde ἡμεροτροφὶς vocabatur. Vid. Raphelii adno philol. ad Apocal. VI. 6. et Eiſenſchmidius de ponde et menſur. p. 81. ſeqq.

8. τ

# CAP. XVII.

In vniuerſum vero malorum conſuetudine hominum prohibendi ſunt pueri. Nam affricatur illis aliquid inde vitii. Atque idem hoc Pythagoras ſuis praecepit aenigmatibus, quae ego adducam atque explicabo, non minimum quippe momentum in virtutis ſtudio habentia. En vnum atque alterum! *Ne veſcaris melanuris*, hoc eſt, noli familiariter vti hominibus ob malitiam nigris. *Stateram ne in alteram partem inclines*, hoc eſt, maximam habeto rationem iuſtitiae, neque eius fines tranſito. *Choenici ne inſideas*, hoc eſt, fuge ignauiam, ac proſpice de neceſſario victu. *Non cuiuis porrigas dextram*, hoc eſt, non temere contrahenda amicitia. *Anguſtum annulum ne geſta*, id eſt, vitae genus liberum ſectare, nec vin-

8. τὸν βίον ἐπιτηδεύειν] Mihi videtur mendum ineſſe in hac voce. An forte ſcribendum ἐπιγηθέειν? HEVM. Olaus Heſychius e codice Vulcobii legendum cenſet τὸν βίον ἐλεύθερον ἐπιτηδ. Suffragantur huic ſcripturae tres codd. Voſſ. in ſchedis Celeb. Wolfii, eandemque vnice veram iudico. Praecipit Pythagoras, liberae atque otioſae vitae ſtudendum. Pythagorici enim agere negotium publicum, iudiciis et conſiliis publicis priuatisue intereſſe, indignum iudicabant homini philoſophiae dedito, quem ſibi viuere et ſapientiae ſolum vacare volebant. Vid. Schefferus de Philoſ. Ital. cap. VIII. p. 63. et ſeqq. Conf. Rappoltus ad Horat. p. 465.

καὶ μὴ δεῖν] Pro δεῖν, quod hic locum habere non

 poteſt

αὐτόν. 9 Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, ἀντὶ τῦ,
ἐρεθίζειν θυμȣ́μενον, ȣ̓ γὰρ προσῆκεν, ἀ
ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. 10 Μὴ ἐσθίειν κα
δίαν, μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν, ταῖς φρον
σιν αὐτὴν κατατρύχοντα. 11 Κυάμων ἀπέχ
σθαι, ὅτι ȣ̓ δεῖ πολιτεύεσθαι. Κυαμευταὶ γ
ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δἰ ὧν πέρ
ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. 12 Σιτίον εἰς ἀμ
μὴ ἐμβάλλειν, ἐπισημαίνει γὰρ, ὅτι εἰς πο

poteſt propter proxime praecedens δεῖ, vide an leg
dum ſit τινί. HEVM. Scio equidem, Graecos n
nunquam in altero periodi membro finitum, in alt
modum infinitum ponere. S. Marcus euang. cap.
n. 14. ſeq. Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ᾽
τȣ̃, - - - καὶ ἔχειν ἐξȣσίαν θεραπεύειν τὰς νόσ
Conf. Sylburgius ad Pauſan. p. 930. ſeq. Kuhn. N
reprehendo tamen acutam Salmaſii coniecturam, qu
μηδενὶ pro μὴ δεῖν reponere voluiſſe, humani
Cel. Wolfii diſcere licuit. Non enim admodum g
videtur repetitio eiusdem verbi, interiecto interu
tam exiguo.

προσῆκεν] Menagius ad Diog. Laërt. lib. VIII.
hunc locum adſcribens, legit προσῆκον. Conf. ſi
ad cap. VIIII. n. 16. Puto tamen, hanc ſcriptu
nec libro alicui, nec Menagii ingenio, deberi,
potius τῇ ἀμβλυωπίᾳ αὐτȣ̃, quam notaui ad
XIIII. n. 17.

10. καρδίαν] E codice Vulcobii et Diogene L
tio lib. VIII. ſ. 17. vbi idem aenigma recitat, lego
δίην. Ita etiam Lucianus in auctione vitarum Py
goram facit Ionice loquentem. Et quamuis Do
dialecto pleraque Pythagorica commentaria ſcr
fuerint, eaque dialecto Pythagoras delectatus ſit,
men ipſum, vtpote Samium, ab Ionica non ab

r

vinculo temetipſe adſtringe. *Ignem gladio ne fodias*, hoc eſt, iratum noli irritare, (eſt enim hoc indecorum,) ſed ira percitis concede. *Cor ne edas*, id eſt, mentem curis conficere noli. *Fabis abstine*, hoc eſt, rempublicam ne capesſas. Nam olim magiſtratus per ſuffragia fabis lata creabantur. *Cibum in matulam ne iniicias*, id eſt, malae menti non

ruisſe veriſimile videtur Io. Alb. Fabricio Bbl. Graec. lib. II. cap. XII. p. 464.

11. Κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν] Ridens hunc morem Socrates Xenophonte teſte lib. I. Memorab. cap. 2. dixerat, ὡς μωρῶν εἴη τὰς μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου καθίςασθαι· κυβερνήτῃ δὲ μηδένα θέλειν κεχρῆσθαι κυαμευτῷ, μηδὲ τέκτονι, μηδ' αὐλητῇ. Etymologus: Διαφρυκτεῖν, τὸ διαψηφίζειν, ἢ διακληροῦν· εἴρηται ἀπὸ τῶν κυάμων, δι' ὧν τὸ παλαιὸν ἐψηφίζοντο. Ὕςερον γὰρ ταῖς ψήφοις ἐχρήσαντο. κ. τ. λ. Conf. Eduardus Corſini in Faſtis Atticis vol. I. disſ. I. n. 15. ſeq. Non tamen κυαμευτὰς ψηφοφορίας *fabarum ſortes*, ſed potius *fabarum ſuffragia* dixerim. Ariſtophanis ſcholiaſtes ad equit. v. 41. χειροτονείας τῶν ἀρχόντων et corruptionis τῶν χειροτονούντων mentionem facit, cui in ſortitione locus non fuisſet.

δι' ὧν πέρας] An forte ſcribendum δι' ὧνπερ? An forte γέρας? Vid. Ariſtot. Rhet. II. 2. 16. HEVM. Statim vt legeram hunc locum, reponendum putabam δι' ὧν γέρας. Et magis haec coniectura placere mihi coepit, ex quo vidi, Venerabili Heumanno eandem in mentem venisſe. Vocabulum γέρας autem pro *munere* et *honore* vſurpari, multa docere posſunt exempla. Herodotus lib. I. cap. 114. Τῷ δέ τῳ τὰς ἀγγελίας φέρειν ἐδίδου γέρας. Iſocrates Panegyr. p. 106.

ϱὰν ψυχὴν ἄϛεῖον λόγον ἐμβάλλειν ἐ προσήκεν. Ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐϛί· τῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ· τῶν ἀνθρώπων. 13 Μὴ ἐπιϛρέφεσθαι ἐπὶ τὺς ὅρυς ἐλθόντας, τῦτ' ἔϛι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τῦ βίυ πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀθυμεῖν. — Ἀναμιμνήσκει δὲ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῦ λόγυ πρόθεσιν 14 Ἁπάντων μὲν γὰρ, ὅπερ ἔφην, τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπάγειν δεῖ τὺς παῖδας, μάλιϛα δὲ τῶν κολάκων. 15 Ὅπερ γὰρ πολλάκις καὶ πρὸς πολλὺς τῶν πατέρων διατελῶν λέγω καὶ νῦν ἂν εἴποιμι. Γένος ὐδέν ἐϛιν ἐξωλέϛερον

p. 106. Ἀξιῦσι δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν ὥσπερ ἄλλο τι γέρας. Plutarchus in Camillo p. 129. D. Τῶν τ' ἄλλων γερῶν ἔτυχε, καὶ τιμητὴς ἀπεδείχθη. Conf Etymologicon M. p. 227. v. 14. et Aldobrandinus ad Diogen. Laërt. lib. I. ſ. 53. p. 32. Quam facile autem vocabula γέρας et πέρας confundi potuerint, docent viri docti, quos laudat Cl. Alberti obſ. ad 2. ep. Petr c. II. n. 13. p. 467. De vſu vocabuli ἀρχαὶ, quod h. l adhibetur pro ἄρχυσι ſiue *principibus*, vid. Spanhem ad Ariſtoph. Nub. v. 1199. et Elſneri obſ. ſacr. t. II. p. 43.

13. Μὴ ἐπιϛρέφεσθαι Laërtius haec ita profert Ἀποδημῦντα ἐπὶ τοῖς ὅροις ἀνεπιϛρεπτεῖν, et paulo poſt: Εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιϛρέφεσθαι Ergo ſynonyma ſunt μὴ ἐπιϛρέφεσθαι et ἀνεπιϛρεπτεῖν. Haec ideo adſcripſi, vt appareat, ἐπιϛρέφεσθαι in Plutarcho iniuria ſuſpectum eſſe Ola Heſychio. Nec raro verba Graecorum de voluntat tantum ſunt intelligenda. Vid. Cl. Io. Conr. Schwarzius ad Theophr. Char. mor. cap. I. p. 7.

τῦ λόγυ πρόθεσιν] Cum Vietore Olaus Heſy chiu

non eſt tradenda pulchra doctrina. Eſt enim doctrina cibus animi, quem immundum reddit malitia auditoris. *Ad fines vbi perueneris, noli reuerti*, id eſt, quum mors inſtat, et finem vitae adesſe vides, aequo id animo feras, nec moerori indulgeas. Sed eo, vnde digresſus ſum, mea reuertatur oratio. Quum itaque pueri ab omnibus, vt dixi, malis hominibus ſunt arcendi, tum maxime ab adulatoribus. Quod enim identidem et multis dicere patribus conſueui, nunc quoque affirmo: genus hominum adulatoribus peſti-

chius et recentiores dederunt ὑπόθεσιν, quo vocabulo vſus eſt Noſter ſupra cap. VIIII. n. 21. Nullam tamen varietatem codicum adnotatam video, nec mutatione opus eſt.

15. διατελῶν λέγω] Videtur legendum: διατελῶ λέγων. HEVM. Verum eſt ex vſu vulgari dicendum fuisſet διατελῶ λέγων. Ita Demoſthenes περὶ ςεφάνυ init. Ὅσην εὔνοιαν ἔχων διατελῶ. Sed egregie docet praeſtantisſimus Cortius ad Salluſt. Catil. cap. LVII. n. 2. p. 364. Graecos atque Latinos in vſu participiorum, quando duo adſint verba, illud perſaepe mutare in participium, quod propter ſenſum non debuerint. Vide exempla ab eo adlata, et adde Cl. Hogeveen ad Vigeri idiot. Graec. dict. p. 270. n. V. Sic obſeruante Barlaeo Lucianus in Timone tom. II. p. 102. Graeu. θέει φέρων dixit pro φέρει θέων. Hinc explico Ariſtophanis locum ab interpretibus non ſatis intellectum Ἐκκλησιαζ. v. 511. Ὅτι σοι δρῶσαι ξύμφορον ἡμεῖς δόξομεν ὀρθῶς ἐπακεῖν. Senſus poſtulabat: Ὅτι ἡμεῖς ὀρθῶς ἐπακέσαι ξύμφορόν σοι δρᾶν δόξομεν. *Quia digna nobis videris, cuius dictis pareamus.*

ϛερον, ὐδὲ μᾶλλον καὶ θᾶττον ἐκτραχηλίζει τὴν νεότητα, ὡς τῶν κολάκων, 16 οἳ καὶ τὰς πατέρας καὶ τὰς παῖδας προῤῥίζους ἐκτρίβουσι, τῶν μὲν τὸ γῆρας ἐπίλυπον, τῶν δὲ τὴν νεότητα ποιοῦντες, τῶν δὲ συμβουλευμάτων δέλεαρ ἀφύλακτον προτείνοντες τὴν ἡδονὴν 17 Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πατέρες νήφειν παραινοῦσιν, οἱ δὲ μεθύειν· σωφρονεῖν, οἱ δὲ ἀσελγαίνειν· φυλάττειν, οἱ δὲ δαπανᾶν· φιλεργεῖν, οἱ δὲ ῥᾳθυμεῖν. 18 Στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστὶ, λέγοντες, ζῆν καὶ οὐ παραζῆν προσ-ήκει

ἐκτραχηλίζον] Proprie, de luctatoribus vſurpatur quorum alterum depreſſo collo alter proſternit. Aelianus lib. XII. V. H. cap. 58. fin. Vid. Menagius ad Laërt. VI. 61. HEVM. De hoc vſu verbi τραχηλίζειν et ἐκτραχηλίζειν vid. Cuperi Obſeruat. lib. I. cap. 12. Fabricius ad Sextum Empir. p. 722. et Cl. Alberti Obſ philol. ad Hebr. IIII. 13. p. 422. Potuit tamen Plutarchus reſpicere ad aliam huius verbi ſignificationem qua adhibetur pro *collum frangere*. Ita vſus eſt Ariſtophanes Plut. v. 70. ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτραχηλισθῇ πεσών. Scholiaſta ibi explicat: τὸν τράχηλον κατακλασθῇ. Polluce teſte adhibetur etiam verbum ἐκτραχηλίζειν pro ἐκ τραχήλου ὦσαι, et dicitur de equis qui, vt alius lexicographi verbis vtar, τὸν αὐχένα ἐπικάμψαντες ἀποσείονται τὸν ἐπιβάτην. Sic Plutarchus de diſcrim. amici et adul. p. 58. extr. ἐκτραχηλίζει [ὁ ἵππος] τοὺς μὴ δυναμένους ὀχεῖσθαι.

ὡς τῶν κολάκων] Fortaſſe: ὡς τὸ τῶν κολάκων

16. Τῶν δὲ συμβουλευ.] Videtur hoc δὲ delendum eſſe. Et id iam indicaſſe videtur Xylander, v ex ipſius verſione colligo. HEVM.

17. σωφρονεῖν] Significat *continentiae ſtudioſum eſſe a libidine abstinere*. Sic apud Aelianum IV. 1. fin. Si

σώφρων

:ſtilentius nullum eſſe, neque quod magis
: celerius iuuenes in perniciem praecipi-
:t. Illi enim et parentes et natos radici-
ıs perdunt, et ad ſua ſequenda conſilia vo-
ıptate tanquam eſca incautos illicientes,
arentum ſenectutem iuxta et filiorum iu-
entutem dolorum plenam reddunt. Diui-
ibus liberis parentes ſobrietatem commen-
lant, adulatores ebrietatem: illi continen-
iam, hi libidinem: illi parſimoniam, hi
rofuſionem: induſtriam illi, hi ignauiam.
'unctum aiunt adſentatores, temporis eſt
ɔta noſtra vita: frui vita debemus, non
eam

ώφρων, *caſtus*, apud Plutarchum in vita Pauli Aemilii
. 257. et in Praeceptis connubialibus p. 141. HEVM.

18. ζῆν καὶ ὂ παραζῆν] I. e. *Viuamus adeoque de-
iciis omnibus perfruamur, non autem, vitam tanquam
arergon habentes, curis et laboribus nos conficiamus.*
Vid. omnino Ennii verſus apud Gellium Noct. Attic.
XIX. 10. Seneca epiſt. 93: *vt agam vitam, non vt prae-
teruehar vitam.* Conf. Rutgerſius Var. lect. IV. 17. et
Lamb. Bos Animaduerſ. Graec. cap. III. p. 17. ſeq. Hoc
παραζῆν male interpretatur Gottfr. Olearius Obſ. XIV.
d Matthaeum §. IV. p. 128. HEVM. Ζῆν Graecis,
ıeque ac Latinis *viuere*, eſt *vitae fructum capere, bene
c iucunde viuere, genio indulgere.* Agathias in An-
:holog. lib. II. cap. XXXXVII. p. 176. Steph. Πῖνε
γέρον καὶ ζῆθι. Conf. Rappolti commentar. in Horat.
epiſt. lib. I. cap. 37. p. 787. et Heinſius ad Ouid. tom. I.
Μισθὸς, ȣ̃, ὁ. *praemium laboris.* μισθȣ̃ G. S. ſcil. ἕνεκα *ob mercedem* 5, 4. ἵνα μὴ πλείονα μισθὸν τελέσειαν *ne maius ſoluendum ſit mineruale* 7, 15. πόσον αἰτοίη μισθὸν *quale docendi pretium poſceret* 7, 16. HINC verbum μισθόω, ῶ. *mercede loco:* INDE

Μισθȣ̃νται 3. pl. praeſ. ind. med. contr. ἑταίρας *ſcorta ad ſe pelliciunt* 7, 19. ET

Μισθωτὸς, ȣ̃, ὁ. *mercede conductus*, *mercenarius.* Hic 13, 10. de eo, *qui literas mercede docet.*

Μισοτεκνία, ας, ἡ. *odium in liberos* 7, 15. 18, 6. a μισότεκνος, ȣ, ὁ καὶ ἡ. *liberorum oſor.* ex μῖσος, εὸς, τὸ. *odium*, et τέκνον.

Μνάομαι, ῶμαι. *memini.* μέμνημαι 1. ſing. perf. ind. paſſ. pro praeſenti vſurpati τῆς παιδείας *de inſtitutione mentionem facio* 9, 27. HINC

Μνήμη, ης, ἡ. *memoria* 13, 14. et 18. τὴν μνήμην A. S. ἀσκεῖν *memoriam excolere* 13, 13. a quo ſubſt.

Μνημεῖον, ȣ, τό. [*monumentum*] *id quod nos alicuius rei recordari facit*, it. *locus ſecretior*, *domus*, *in qua pretioſiſſima quaeque adſeruantur.* μνημεῖα A. P. λόγων Xyl. *theſaurum ſophiae* 20, 8. et adi.

Μνήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ. *memor*, *memoria praeſtans.* μνήμονας A. P. m. ἐκ φύσεως, *quibus natura memoriam felicem dedit*, *memorioſi* 13, 15. INDE

Μνημονικὸς, ȣ̃, ὁ. *memoria valens*, it. *ad memoriam pertinens.* μνημονικὸν N. S. n. τῆς μαθήσεως μέρος *me-*

 *moriae*

*moriae vis et facultas in diſcendo* [Heum. *ea pars inſtitutionis, qua memoria excolitur*] 13, 18.

Μνημοσύνη, ης, ἡ. *Mnemoſyne* mater Muſarum 13, 14.

Μνηστὴρ (a μνάομαι, ῶμαι. *ambio, nuptias alicuius affecto*) ῆρος, ὁ. *qui puellae nuptias ambit, procus.* μνηστῆρες N. P. 10, 3.

Μοὶ vid. ἐγώ.

Μοῖρα (a μείρω *diuido*) ας, ἡ. *pars, portio.* ὡς ἐν Φαρμάκε μοίρα D. S. *medicamenti inſtar* 9, 15. μοῖραν A. S. συμβάλλεσθαι ἐκ ἐλαχίστην *multum adiumenti adferre* 13, 18. ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ' 9, 4. Verba haec Steph. omisſa, ex Eurip. exprimi curauimus, quod Xyland. verſio poëtam etiam ſequitur. [Vid. adnot.]

Μοιχεύοντες N. P. m. praeſ. partic. act. 7, 20. TH. μοιχεύω, *moechor.* a μοιχὸς, ȣ̃, ὁ. *adulter.*

Μονόκωλος (ȣ, ὁ καὶ ἡ. *vno artu porrectus, vnimembris.* ex μόνος et κῶλον, ȣ, τὸ. *membrum*) λόγος *oratio vniformis, vniſona* 9, 27.

Μόνος, ȣ, ὁ. *ſolus* 8, 16. Fem. μόνη 10, 6. Neutr. μόνον 8, 13. μόνην A. S. f. 8, 17. μόνα N. P. n. 4, 10. μόνων G. P. n. 13, 7. μόνοις D. P. m. 11, 8. μόνον aduerb. *ſolum, tantummodo* 9, 23. 13, 5. et 18. 14, 6.

Μονῳδία, ας, ἡ. *vnius tenoris cantilena*, μονοτονία, *quum quis eandem cantilenam canit, et chorda ſemper oberrat eadem* 9, 28. Alias μονῳδία dicitur, *quum vnus tantum in ſcena canticum recitat, et non totus ſimul chorus.* a μονῳδὸς, ȣ̃, ὁ. *poëta qui ſub vna tantum perſona argumentum explicat*, μονοπροσώπως ἀφηγȣ́μενος. Ex μόνος et ᾠδὴ, ῆς, ἡ.

Μȣ̃ vid. ἐγώ.

Μȣ̃σα, ης, ἡ. *Muſa.* Etymol. pete ex Lexic. Μȣσῶν G. P. 13, 14. Μȣ́σαις D. P. 20, 8. HINC

Μȣσικὸς, ȣ̃, ὁ. *muſicus, ad muſicam pertinens*, it. *artis canendi peritus.* μȣσικώτεροι N. P. m. compar. grad. λέγειν *doctiores et peritiores in dicendo* 9, 4.

Μόχθος, ȣ, ὁ. *labor, moleſtia.* HINC

Μοχθηρὸς, ȣ̃, ὁ. *laborioſus*, it. *improbus.* μοχθηρῶν G. P. n. ἐθῶν εἰσηγητὰς *prauae conſuetudinis auctores*

*res* 15, 2. μοχθηροῖς D. P. m. τὸ ἦθος *improbis, male moratis* 6, 1. INDE

Μοχθηρία, ας, ἡ. *improbitas, malitia.* μοχθηρίαν A. S. 7, 10. μοχθηρίας A. P. 17, 23.

Μυθολογέω, ῶ. *fingo, fabuloſe narro.* ἐμυθολόγησαν 3. pl. aor. 1. ind. act. *fabulati ſunt* 13, 14. a μυθολόγος, ου, ὁ. *fabularum narrator.* Ex μῦθος et λόγος.

Μῦθος, ου, ὁ. *verbum.* μύθους A. P. *fabulas* 5, 14.

Μυρίος, ου, ὁ. *infinitus, immenſus.* μυρίους A. P. m. 14, 24. μυρία ἐπὶ μυρίοις numerus infinitus pro finito: Latine *ſexcenta* 4, 10. At μύριοι, μύριαι, μύρια ſignif. *decies mille.*

Μύρον, ου, τὸ. *vnguentum.* μύρων G. P. 18, 9.

Μυσαρὸς, οῦ, ὁ. *abominandus, deteſtandus.* μυσαρὰ A. P. n. 17, 22. a μῦσος, εος, τὸ. *ſcelus, nefas.* παρὰ τὸ μύω *claudo*, quod facinus deteſtandum adſpicere non ſuſtineamus.

Μυστήριον (deriuationem vide in indice Herodian. D N. D. SCHEIDII) ου, τὸ. *myſterium, ſub quo arcani quid latet, quodque non perficitur, niſi occulta aliqua ſacrorum ratione, res arcana, quam nefas eſt vulgo efferri.* μυστηρίων G. P. 14, 21. HINC

Μυστηριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ. *cui ſubeſt myſterium, myſticus.* μυστηριώδεις A. P. f. contr. τελετὰς 14, 21. v. τελετάς.

# N

Ναύκληρος, ου, ὁ. *nauicularius, nauiculator* 7, 11. ναυκλήρους A. P. ἀποδεικνύναι *rei nauticae praeficere ſeruos* 7, 2. Ex ναῦς, ναὸς, ἡ. *nauis* et κλῆρος, ου, ὁ. *ſors.*

Νεανικὸς, οῦ, ὁ. [*iuuenilis*, et translate *audax, animoſus, calidus*, it. *magnus, validus*] νεανικωτέρων G. P. n. compar. grad. κακῶν [*audaciora flagitia*] 7, 20.

Νεανίσκος, ου, ὁ. *iuuenis, adoleſcens* 14, 13. νεανίσκε V. S. 3, 3. HINC verbum

Νεανισκεύω ſ. νεανισκεύομαι *iuuenilem aetatem ago*, it. *iuueneſco, pubeſco.* τῶν ἤδη νεανισκευομένων G. P. m. praeſ. partic. med. *ex ephebis egredientium* 15, 5.

 Νέμεσθαι

Νέμεσθαι praeſ. inf. med. εἴασαν τὴν τῶν κ. τ. λ. \
*vagari paſſi ſunt* 15, 2. TH. νέμομαι *depaſcor*, it. *ſi*
*poſſideo*, it. *partior*.

Νέος, ε, ὁ. *iuuenis*, *adoleſcens*. νέοι N. P. 18, 2. 1
G. P. 11, 12. νέοις D. P. 7, 7. 14, 8. νέες A. P. 17, 21. 2
HINC ſubſtant.

Νεότης (ἡ. *iuuentus*) εὔπλαςον καὶ ὑγρὸν *cerea* ;
5, 12. σκιρτῶσα *petulans*, *laſciuiens* 18, 9. νεότ
G. S. 7, 19. 19, 2. ἐν νεότητι D. S. 11, 3. vid. ἐν.
νεότητα A. S. 17, 15. et 16. ET comparat.

Νεώτερος, ε, ὁ. *iunior*. νεωτέρῳ D. S. pro poſi
poſitus, *adoleſcenti* 18, 2.

Νεῦμα, ατος, τὸ. *nutus*, *aſſenſus* 17, 21. vide ζῶ
a νεύω, *nuo*, *adnuo*.

Νεφέλη (a νέφος, εος, τὸ. *nubes*, *nebula*) ης, ἡ.
*bes*. Νεφέλας A. P. 14, 14. Quo in loco vı
Ariſtoph. comoediis indicatur. *Socrates enim*
*audiebat ab Athenienſi populo*, *quaſi iuuenum eſſet*
*ruptor*, *eosque illicite amaret*, *nouos deos introdu*
*et modum iniuſtas actiones defendendi doceret*.
*pterea haec omnia in ſcena ſalſe perſtringit Ariſto*
*nes*, *et quum Socrates Deum non in ſimulacris li*
*ſed in ſublimi quaerendum eſſe doceret*, *hinc* nubi
*eſt habitus*, *et* Νεφέλας, *tanquam Socratis deos*,
*ſtophanes comoediae huic nomen facit*, *qua iſtam S*
*tis habitam impietatem et vitia perſtringere con*
Ionſius de Script. Hiſt. Philoſ. l. 1. c. 5.

Νεωτέρῳ vid. νέος.

Νὴ aduerb. iurandi, ſicut μὰ, *per*. Conſtr. cum
et plerumque affirmatiue ponitur 9, 6.

Νήφειν praeſ. inf. act. *modeſtum et ſobrium eſſe* 1
opp. μεθύειν. TH. νήφω *ſobrius ſum*.

Νικάω, ῶ. *vinco*. νικᾷν praeſ. inf. act. contr. 1
νικῶσιν D. P. m. praeſ. partic. act. contr. h. e.
νικηταῖς *vincentibus* 11, 7. HINC

Νίκη, ης, ἡ. *victoria* 14, 6.

Νόθος, ε, ὁ καὶ ἡ. *nothus*, *ſpurius*. νόθα A. P. n.
βία *ſpuriae partes vitae* 17, 21.

No

Νομίζω *lege ſancio.* Hic 9, 27. *exiſtimo, ſentio.* εἰ νομίζοι 3. ſing. praeſ. opt. act. *vtrum putet* 8, 18. νομίζουσι 3. pl. praeſ. ind. act. 14, 34. Eſt a νόμος, VNDE

Νόμιμος, ου, ὁ καὶ ἡ. *legitimus* 8, 1. νομίμου G. S. 2, 3. 7, 6. νόμιμοι N. P. m. τῶν διδασκάλων *praeceptores fideles* 7, 7. νομίμων G. P. m. 7, 17.

Νομοθέτης, ου, ὁ. *legislator* 4, 17. Ex νόμος et τίθημι *pono, conſtituo.*

Νόμος, ου, ὁ. *lex.* νόμοις D. P. 10, 6. bis. a νέμω *distribuo.*

Νόσος, ου, ἡ. *morbus.* νόσῳ D. S. 8, 11. et 15.

Νοῦς per contract. in ſoluta oratione pro νόος, ὁ. *mens, animus* 8, 14. et 16. νοῦ G. S. contr. 7, 16. 8, 15.

Νῦν adu. *nunc* 7, 8. 14, 27. 17, 15. *iam modo* 9, 20. νῦνγε *hodie* 7, 2.

## Ξ

Ξενοφῶν, ῶντος, ὁ. *Xenophon* Grylli F. philoſophus Athenienſis. Ξενοφῶντα A. S. 14, 35.

## O

Ὁ cum ſola adſpirationis nota, eſt articulus praepoſitiuus, ſing. num. gener. maſcul. 3, 3. 4, 4. cet. Fem. ἡ 2, 7. 4, 3. et 4. cet. Neutr. τὸ 4, 16. 5, 12. cet. G. S. m. τοῦ 7, 3. cet. G. S. f. τῆς 1, 1. cet. G. S. n. τοῦ 4, 7. cet. D. S. m. τῷ 2, 7. cet. D. S. f. τῇ 4, 10. cet. D. S. n. τῷ 7, 11. cet. A. S. m. τὸν 2, 2. cet. A. S. f. τὴν 3, 2. cet. A. S. n. τὸ 2, 4. cet. N. P. m. οἱ 3, 2. cet. N. P. f. αἱ 4, 3. cet. N. P. n. τὰ 2, 2. cet. G. P. m. τῶν 1, 1. cet. G. P. f. τῶν 4, 1. cet. G. P. n. τῶν 4, 9. cet. D. P. m. τοῖς 1, 1. cet. D. P. f. ταῖς 2, 1. cet. D. P. n. τοῖς 5, 10. cet. A. P. m. τοὺς 2, 2. cet. A. P. f. τὰς 4, 5. cet. A. P. n. τὰ 4, 4. cet. Nota I. *Articulus praepoſitus cum gignendi caſu nominis proprii, vel inuoluit ſubſtantiuum* υἱὸς *aut* παῖς filius, *vel pro illo ſumitur. Nam* ὁ τοῦ Δημοσθένους *eſt* filius Demoſthenis. *Ita Virgil. Aen.* 6. Deiphobe Glauci. Δηϊφόβη ἡ τοῦ Γλαύκου. *Saepe tamen Articulus etiam ſubintelligitur: Demoſth. pro Coron.* Κτησιφῶν Λεωσθένους. Cteſiphon

phon Leoſthenis filius. *Et paulo poſt* Δημοσθένης Δημοσθένους Demoſthenes Demoſthenis filius. Eſt haec reg. 12. cap. 1. libri, qui inſcribitur de Idiotiſmis linguae Graecae. Sic noſter Διόφαντον τὸν Θεμιστοκλέους ſcil. υἱὸν 2, 7. Quae elliptica locutio etiam Latinis vſitata. Vid. Iuſtin. 17, 3, 6. d. Plura collegit exempla Dan. Vechnerus Hellenolex. l. 1. part. 2. c. 3. r. 3 Sic οἱ γονέων διασήμων ſcil. υἱοί 2, 6. II. Ὁ demonſtratiue ſumtum exponitur *ille* 2, 2. et 5, 4, 15. et 17. 5, 14. et 15, 7, 3. 8, 17. 10, 3. et 12. 14, 11. et 15. et 27. μου τῷ λόγῳ *huic meae asſertioni* 9, 3. Εὐριπίδην τὸν σοφὸν *Euripidem ſapientem illum virum* 14, 7. τὴν ἀγωγὴν *hanc meam de liberis inſtituendis informationem* 11, 9. δύο τὰ *haec duo* 8, 14. ὁ Κράτης ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς 7, 13. οὗτός ἐστιν ὁ πορφύρεος θάνατος 14, 27. III. Quod Latini dicunt *alter quidem*, *alter vero*, Graeci reddunt ὁ μὲν, ὁ δὲ et refertur ὁ μὲν ad propinquius, ὁ δὲ ad remotius. e. g. 4, 17. et 18. Sic fem. ἡ μὲν, ἡ δὲ 9, 22. 10, 5. 16, 2. Neutr. τὸ μὲν, τὸ δὲ 9, 24. et 25. Sic τὸν μὲν, τὸν δὲ 4, 17. τῷ μὲν, τῷ δὲ 14, 29. οἱ μὲν, οἱ δὲ 7, 19. 12, 4. 13, 16. τῶν μὲν, τῶν δὲ 17, 16. Huc refer οἱ μὲν, εἰσὶ δὲ 7, 10. ὁ μὲν per ſe ſolum poſitum, refertur ad eam perſonam, de qua ſermo 14, 30. Sic eodem modo vſurpatur ὁ δὲ 9, 20. Eandem particulam ὁ μὲν ad remotius relatam leges 14, 16. vbi n. 17, altera perſonarum, de quibus ſermo, expresſe ponitur. IIII. Quod Latini dicunt *hic*, *iſte*, *ille*, Graeci reddunt ὁ μὲν, ὁ δὲ, 10, 11. Sic τοὺς μὲν, τοὺς δὲ, τοὺς δὲ, τοὺς δὲ, τοὺς δὲ Xyl. omnes has particulas exponit voce *alios*. Posſent etiam explicari: *hos*, *iſtos*, *illos*, *alios*, *alios* 7, 2. V. Articulus praepoſitiuus, ſequente praepoſitione cum ſuo caſu, nomen ſaepe ac participium inuoluit, licet neutrum exprimatur. e. g. τὸ παρὰ φύσιν ſcil. ὂν 4, 9. τῶν κατὰ φύσιν ſcil. ὄντων ibid. Sic τῶν ἐν ἡμῖν 8, 13. τοῖς πρὸ ἡμῶν 3, 1. τοὺς ἀμφ' αὐτὸν 14, 13. τῆς πρὸς τοὺς πονηροὺς συνουσίας 17, 1.

τῆς

τῆς πρὸς παῖδας ὁμιλίας 14, 34. τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα 11, 3. τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν φόβον 14, 21. τὴν ἐκ τȣ̃ γάλακτος τροφὴν 5, 5. τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐθυωρίαν 4, 9. τὴν ἐξ ἀρχῆς τȣ̃ λόγȣ ὑπόθεσιν 9, 21. τὴν ἐξ ἀρχῆς τȣ̃ λόγȣ πρόθεσιν 17, 13. τȣ̃ πολέμȣ τȣ̃ κατὰ τῶν βαρβάρων 14, 27. VI. Emphaticam articuli geminationem obſerua: τῷ δήμῳ τῷ τῶν Ἀθηναίων 2, 7. Quae eadem articuli repetitio diſtinctioni cuidam inſeruit: τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον 10, 1. τοῖς παισὶ τοῖς πλȣσίοις 17, 17. τῶν δȣ́λων τῶν σπȣδαίων 7, 2. VII. Τὰ μὲν, τὰ δὲ exponitur *partim quidem*, *partim vero* 12, 3. Pro quo etiam dicitur τὸ μὲν, τὸ δὲ, vel τὸ μέν τι, τὸ δέ τι, vel τȣ̃το μὲν, τȣ̃το δὲ, vel τῇ μὲν, τῇ δέ. VIII. Articulus aduerbio praepoſitus vim nominis induit: ἐκ τȣ̃ παραχρῆμα 9, 10. et 18. VIIII. Τῳ D. S. m. infinite pro τινὶ 4, 6. 17, 22. X. Neutrum τὸ cum infinitiuo iungitur 7, 6. 9, 2. et 15. et 19. et 26. 10, 8. 13, 1. 14, 6. et 9. et 19. et 31. 21, 1. Sic in Genit. 4, 17. 7, 17. 13, 1. XI. Idem Neutrum vel τεχνικῶς ponitur, vel ſubintelligitur vox *illud* ſcil. *egregie dictum* 19, 3. Sic 14, 37. Huc refer τὸ Ἡσιόδειον *Heſiodeum illud praeclare dictum* 13, 17. XII. Idem Neutrum adiectiuis ſubſtantiue poſitis praefigitur, e. g. τὸ γινόμενον 7, 2. τὸ τέλειον 10, 1. τὸ ὀρθὸν καὶ ὑγιὲς 9, 6. τὸ ἀόργητον 14, 12. τὸ σιγηθὲν 14, 23. τὸ ῥηθὲν 13, 12. 14, 23. τὸ ἀμβλυῶττον 18, 7. τί τὸ καλὸν κ. τ. λ. 10, 6. κατὰ τὸ γεωργῶδες 10, 14. τὸ ποῖον; 7, 9. τὸ δὲ ὅλον 7, 17. 8, 12. κατὰ τὸ σύνολον 14, 37. τὸ δὴ λεγόμενον 5, 3. καὶ τὸ μέγιστον 8, 7. τὸ δὲ μέγιστον 10, 7. (Et in hisce poſterioribus locis praepoſitiuum τὸ ſumitur pro poſtpoſitiuo ὅ) Sic in plurali: τὰ ἀνέντευκτα τῶν ἠθῶν 14, 4. XIII. ἐν δὲ τῷ ſcil. λόγῳ 9, 14. Quam vocem quidam libri expreſſam habent, ſed male. XIIII. τῶν αὐτῶν 4, 17. τοῖς αὐτοῖς 20, 3. αὐτὰς τὰς μητέρας 5, 2. vide αὐτός.

Ὅ vid. ὅς.

Ὁμιλία, ας, ἡ. *conuerſatio* 14, 33. vid. ἀποσοβεῖν. ὁμιλίαν A. S. 14, 34. Ab ὅμιλος, ȣ, ὁ. *turba.* HINC

Ὁμιλέω, ῶ. *in coetu verſor*, it. *conuerſor*. ὁμιλήσαντε N. P. m. aor. 1. partic. act. φιλοσόφῳ *qui cum philoſopho verſantur* 7, 21.

Ὁμοίως aduerb. qualit. cum Dat. *ſimiliter*, *ſimili mod* 4, 17. Ab ὅμοιος vel ὁμοῖος, ȣ, ὁ. *ſimilis*: quod eſ ab ὁμὸς, ȣ̃, ὁ. idem. HINC

Ὅμως aduerb. *tamen* 7, 10. 20, 7. ἀλλ᾽ ὅμως *attamen* 14, 32

Ὁμονοεῖς 2. ſing. praeſ. ind. act. contr. 11, 8. Xyl. verti *profiteris*. TH. ὁμονοέω, ῶ. *concors ſum, conſentio*. Ab ὁμόνοος, ὁμόνȣς, ὁ καὶ ἡ. *vnanimis*, *concors*. Ex ὁμȣ̃ *ſimul* et νόος, νȣ̃ς, ὁ. *mens.*

Ὀμφακίας A. P. τὸν τρόπον πατέρας *patres ſeueros et auſteros* 14, 34. Nom. ſing. ὀμφακίας, ȣ, ὁ. *ſua acerbitate* ὄμφακας *referens, ex vuis acerbis et immaturis confectus, crudus.* Fit a nomine ὄμφαξ, ακος, ἡ. *vua immatura et acerba.* Dicuntur autem ὄμφακες quaſi ὠμοὶ ἐς τὸ φαγεῖν *crudi ad veſcendum.*

Ὅν vid. ὅς.

Ὄνειδος (q. d. ὄνοσις, εως, ἡ. *reprehenſio*: ab ὀνόω, ῶ. *reprehendo*, *vitupero*) εος, τό. *opprobrium*, *probrum dedecus.* ὀνείδη N. P. contr. 2, 2. HINC

Ὀνειδίζω *conuicior.* ὀνειδίζων N. S. m. praeſ. partic. act. τῷ μὲν, ὅτι πηρὸς ἦν κ. τ. λ. *exprobrans huic quidem caecitatem* cet. 14, 29. ὀνειδιζόντων G. P. m. eiusd. tempor. αὐτὸν, *quum increpabant illum* 14, 13.

Ὄνομα, ατος, τό. *nomen* 20, 3. Deducunt hoc vocabulum (vt νόμος *lex*) παρὰ τὸ νέμειν *distribuere.* Quoniam quo pacto *lex* ſuum cuique tribuit, ita et *nomen* cuique rei ſuam imaginem reddit. Alii formant ab ὄνημι *iuuo*: q. d. ὀνέομα, quod nominis vſu res noſcantur.

Ὄνος, ȣ, ὁ καὶ ἡ. *aſinus*, *aſina* 14, 13. παρὰ τὴν ἐξ αὐτȣ̃ γενομένην ὄνησιν. Adhibentur vocabula *aſinus* et *mulus* in vituperium τῶν ἀναισθήτων.

Ὄντα, ὄντας, ὄντες, ὄντοιν, ὄντων vid. εἰμί.

Ὄνυξ,

Ὄνυξ, ὄνυχος, ὁ. *vnguis, vngula:* παρὰ τὸ νύσσειν *a pungendo.* ἐξ ὀνύχων G. P. ἁπαλῶν *a teneris vnguiculis* 5, 3. Dicitur etiam ἐξ ὀνύχων h. e. *a prima pueritia.* Translatum a catulis, quorum vnguiculi nondum duruerunt. Vide Eraſm. Adag. 1, 7, 52.

Ὀξύθυμος (ex ὀξὺς, έος, ὁ. *acutus, acer, celer,* et θυμὸς, ȣ, ὁ. *ira*) ȣ, ὁ καὶ ἡ. *qui ſubita et acri ira excandeſcit, ad iram praeceps, qui protinus exardet, nec tempora differt irae, qui iram in promtu gerit* 18, 5. vid. βαρύθυμος.

Ὅπερ vid. ὅσπερ.

Ὅποι aduerb. *vbi* 9, 9. a ποῖ *quo.* Quod eſt ab οἷ *quo.* Ab ὅς *qui.*

Ὅπȣ indefinitum, *vbi* 20, 6. Sequente particula γε explicatur *quandoquidem, vtpote, quum* 4, 14. A πȣ̃ *vbi*, quod eſt ab ȣ̃ *vbi.*

Ὅπως, *quomodo, qua ratione:* cum indic. 14, 38. cum ſubiunct. 17, 6. a πῶς. vid. infra.

Ὁράω, ῶ. *video* 9, 5. ὁρῶμεν 1. pl. praeſ. ind. act. contr. 4, 14. ὁρᾷν praeſ. inf. act. contr. 18, 7. ὁρῶν N. S. m. praeſ. partic. act. contr. *animaduertens* 14, 13. ὁρῶντας A. P. m. eiusd. partic. 17, 13. 18, 7.

Ὄργανον, ȣ, τό. *inſtrumentum* 10, 15. Dicitur quaſi ἔργανον, ὅτι τȣ́τῳ χρώμεθα πρὸς τὸ ἔργον.

Ὀργὴ, ῆς, ἡ. *ira* 10, 8. 14, 9. et 18. ὀργὴν A. S. 14, 28. 18, 9. ὀργαῖς D. P. 10, 7. παρὰ τὸ ὀρέγω *appeto.* Eſt enim ira affectus vindictae appetens. HINC

Ὀργίζω, *irrito, ira accendo.* εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην 1. ſing. imperf. ind. paſſ. *niſi nimis iratus eſſem* 14, 17. ὀργιζομένοις D. P. m. praeſ. partic. paſſ. *iratis* 17, 9.

Ὀρθὸς, ȣ̃, ὁ. *rectus.* ὀρθῆς G. S. f. μαθήσεως τυχεῖν *rectae* h. e. *debitae et probae inſtitutionis participem fieri* 4, 7. ὀρθῆς παιδαγωγίας 4, 11. τὴν ὀρθὴν A. S. f. ἀγωγὴν 11, 12. ὀρθὸν A. S. n. ſubſt. poſit. *bonoſtatem* 9, 6. ὀρθὰ N. P. n. τȣ̃ σώματος μέλη *gerade leibes glieder* 5, 11. τὰ ἤθη *mores probi* 7, 7. HINC

Ὀρθῶς aduerb. *vt par eſt* 2, 2. μάλα ὀρθῶς *valde bene* 2, 5.

Ὁρμὴ,

Ὁρμὴ, ῆς, ἡ. *impetus.* ὁρμὴν A. S. 15, 2. ὁρμὰς A. P. 15, 6 vſurpatur hic *de impetu, quem iuuenes regere non poſſunt.* Seneca Troad. v. 249. exponit: *Aetatis feruor primae.* HINC verbum

Ὁρμάω, ῶ. *impetu feror, prorumpo.* ὥρμησεν 3. ſing. aor. 1. ind. act. ἐπὶ τὴν λοπάδα *inſiliit in patinam* 4, 17. VNDE nomen

Ὁρμητικὸς, ȣ̃, ὁ. *propenſus ad rem aliquam cum impetu ſuſcipiendam.* ὁρμητικωτέρȣς A. P. m. comparat. πρὸς τὰ κ. τ. λ. *incitatiores* 16, 2.

Ὅρος, ȣ, ὁ. *terminus.* ὅρον A. S. τȣ̃ βίȣ *vitae finem* 17, 13. ὅρȣς A. P. ibid.

Ὁρῶ, ὁρῶμεν, ὁρῶντος, ὁρῶντας vid. ὁράω, ῶ.

Ὃς Articulus poſtpoſitiuus, *qui* 2, 2. 7, 21. *hic* vel *ille* 8, 17. Femin. ἥ. Neutr. ὅ, *quod* 4, 1. et 3. cet. ἧς G. S. f. 2, 3. ὃν A. S. m. ſcil. ἄνθρωπον 7, 17. quo loco conſtructio referenda ad intellectum Praecedit enim ἀνδράποδον. ἣν A. S. f. 8, 18. οἳ N. P. m. 7, 5. et 10. cet. ἃ N. P. n. 14, 8. ὧν G. P. m. 3, 2. 10, 11. cet. G. P. f. 10, 5. 17, 11. G. P. n. 14, 27. ἠμέλȣν ὧν (*ſi*) *negligerem ea, quae* 9, 14. οἷς D. P. m. 7, 13. 13, 1. et 2. D. P. n. 14, 6. ȣ̃ς A. P. m. 11, 9. ἃ A. P. n. 2, 7. 5, 5 cet. OBSERV. Neutrum plurale ἃ cum particula τε ſignificat *vtpote* vel *quippe* 5, 4.

Ὅσος, ȣ, ὁ. *quantus.* ὅσα N. P. n. *quaecunque* 20, 7. ὅσαπέρ ἐςιν ἐν δυνατῷ *quantum fieri poteſt* 14, 18. Sic εἰς ὅσον οἷόν τέ ἐςι 14, 18. vid. εἰς. ὅσοι N. P. m. *quicunque, quotquot* 4, 5. HINC

Ὅσῳ aduerb. cum comparat. *quanto* 4, 10. cui reſpondet τοσȣ́τῳ.

Ὅσιος, ȣ, ὁ. *ſanctus, iuſtus.* ὁσίην A. S. f. Ionicus 14, 26.

Ὅςπερ (ex ὃς et particula περ) *qui.* Neutr. ὅπερ *quod* 3, 1. 17, 15. 20, 8. *id quod* 14, 31. 17, 14. ἅπερ A. P. n. *quae* 10, 7. 17, 3.

Ὅςτις (ex ὃς et τίς) *quis.* Fem. ἥτις, *quae* 20, 7. Neutr. ὅ, τι, *quodcunque, ſi quod* 2, 7. 7, 2. οἵτινες N. P. m. *qui* 2, 8. 7, 8. et 13. 13, 9. 15, 2. 20, 3. αἵτινες N. P. f. *quae* 12, 7.

Ὅταν (h. e. ὅτ' ἂν) *quando, poſtquam, vbi, quum:* conſtr. cum ſubiunct. 2, 2. et 5. 7, 18. 9, 16. 14, 34. et 35. 17, 11.

Ὅτι

Ὅτε cum indicat. *quando, quum, poſtquam* 8, 17. 14, 14. Redditiuum ad τότε *tunc* 7, 18. ἔσθ' ὅτε 7, 8. vid. εἰμί.

Ὅτι cum indicat. *quod, quoniam* 2, 8. Ponitur vbi Latinus ſermo accuſatiuum cum infinitiuo requirit 3, 1. 4, 5. 5, 5. 6, 1. 7, 14. et 21. 8, 1. 9, 20. et 27. 10, 3. et 6. 13, 4. et 18. 14, 27. et 29. 15, 4. 17, 12. et 21. 18, 2. Plane non exprimitur a Latinis 6, 2. 7, 13. 8, 7. Explicationibus inſeruit et ſignificat *hoc eſt* 17, 5. et 8. et 11.

Ὅ, τι vid. ὅστις.

Οὐ aduerb. negandi *non*, vſurpatur ſequente conſonante 2, 8. 4, 12. cet. οὐ δῆτα, *nihil certe* 8, 17. οὐ τοίνυν οὐδέ *ne quidem* 6, 1. 11, 1. οὐ γὰρ *non enim* 14, 6. 17, 9. οὐ μὴν *neque vero, neque tamen* 14, 13.

Οὐδὲ *neque, ne quidem* 3, 1. 6, 1. 11, 1. 13, 5. 14, 18. et 31. et 32. 17, 15. 18, 2. 20, 4. οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο κ. τ. λ. 4, 9. De hoc Graeciſmo vid. Vigerus de Idiotiſmis Graecae linguae c. 7. ſ. 13. r. 16.

Οὐδεὶς (ex οὐδὲ et εἷς) *nemo, nullus* 14, 22. Neutr. οὐδὲν *nullum* 17, 15. *nihil* 9, 16. 13, 12. et 14. 14, 4. *non* 4, 17. 7, 21. οὐδὲν ὄφελος *nihil prodeſt* 7, 18. οὐδὲν ἧττον *nihilominus* 9, 18. 14, 18. οὐδενὸς G. S. n. ἧττον 14, 8. οὐδενὸς ἀξίοις 10, 3. vid. ἀξίοις.

Οὐδέπω, *nondum* 4, 18. Ex οὐδὲ et πω *quodammodo*: quod eſt ab ὦ *quatenus*. ΤΗ. ὅς *qui*.

Οὐδέτερος (q. d. οὐδὲ ἕτερος) ου, ὁ. *neuter*. οὐδέτερον A. S. n. 14, 32.

Οὐθ' pro οὔτε *neque* 9, 9.

Οὐκ aduerb. negandi, ſequente vocali tenui, *non* 2, 2. 4, 7. et 10. cet.

Οὐκοῦν *quapropter, igitur* 15, 6.

Οὖν coniunct. poſtpoſit. *igitur* 2, 3. 7, 18. 19, 11. cet. οὖν ὅμως *tamen* 14, 32. μὲν οὖν vide μέν.

Οὔπω *nondum* 7, 9. Ex οὐ et dictione enclitica inſeparabili πω.

Οὗς vid. ὅς.

Οὖσα vid. εἰμί.

Οὔτ' *neque* 9, 25. 14, 18. per apoſtroph. pro

Οὔτε *neque* 9, 25. 13, 9. 14, 18.

Οὗτος

Οὗτος pronom. demonſtr. *hic, is* 8, 18. 14, 27. 19,
G. S. m. 9, 13. τȣ̃τον A. S. m. 8, 18. 14, 13. ce
N. P. m. 4, 18. 7, 21. 17, 23. τȣ́των G. P. m. 5, 12.
τȣ́τοις D. P. m. 6, 1. 7, 10. 14, 33. τȣ́τȣς
14, 33. Femin. αὕτη 13, 14. ταύτης G. S.
et 6. cet. ταύτῃ D. S. f. 8, 18. ταύτην A. S.
et 10. cet. ταύταις D. P. f. 14, 21. Neutr. τ
4, 18. cet. τȣ́τȣ G. S. n. 14, 19. τȣ́τῳ D. S
τȣ̃τ᾽ 4, 3. pro τȣ̃το A. S. n. 5, 5. 6, 1. cet. τ
P. n. 4, 5. et 10. cet. τȣ́των G. P. n. 3, 1. 4, 3. c
τοις D. P. n. 5, 2. 7, 14. cet. ταῦτα A. P.
et 17. cet.
Οὕτω aduerb. ſequente conſonante, *ſic* 10,
11, 4. 13, 12. 14, 36. 18, 3. et 9.
Οὕτως ſequente vocali, *ſic* 5, 13. 7, 7. 9, 1. et 2
11, 3. 13, 14. 14, 4. et 38.
Ὄφελος (ab ὀφέλλω, *augeo, adiuuo*) εος, τό.
*emolumentum.* ὅτε ȣ̓δὲν ὄφελος, *fruſtra, ſer*
*es vergebens iſt* 7, 18.
Ὀφθαλμός, ȣ̃, ὁ. *oculus* 13, 12. Ab ὄπτομαι,
Οὐχ ſequente vocali adſpirata, *non* 9, 12. 14, 2
Pro eo etiam in vſu eſt
Οὐχὶ 9, 20.
Ὄχλος, ȣ, ὁ. *turba, multitudo hominum.* ὄχλ
9, 4. ὄχλον A. S. 9, 4. ὄχλοις D. P. 9, 5.
Ὀψὲ aduerb. *ſero, longo poſt tempore.* ὀψὲ τῆς
*aetate in ſenectam vergente* 20, 7.

## Π

Παθῶν vid. πάσχω.
Παθῶν G. P. contr. *affectuum* 10, 6. a πάϑ
τό. *quod quis patitur ſeu paſſus eſt, caſus,* it
*animi, perturbatio.* Eſt a πάσχω.
Παῖδ᾽, παῖδα κ. τ. λ. vid. παῖς.
Παιδαγωγία, ας, ἡ. Propr. *inſtitutio puerorum*
*proficiſcitur a paedagogo.* Hic 4, 11. pro *cult*
nitur. Deriuatur a
Παιδαγωγός (ex παῖς et ἀγωγός, ȣ̃, ὁ καὶ

*viae* it. *adducendi vim habens:* quod eſt ab ἄγω *duco*) ȣ, ὁ. *puerorum inſtitutor, magiſter* 7, 3. παιδαγωγὸν A. S. 7,3. παιδαγωγῶν G.P. 15, 4. παιδαγωγοῖς D. P. 7,1. 13, 9. παιδαγωγȣ̀ς A.P. 15,2.

Παιδεία, ας, ἡ. *inſtitutio, diſciplina* 8,1. *eruditio, doctrina* 8, 13. τῆς παιδείας G. S. *educationis, inſtitutionis* 9, 1. et 27. 10, 13. *eruditionis* 10, 15. 13, 14. 20, 7. *ſtudii* 10, 4. παιδείας τυχεῖν νομίμȣ *probae inſtitutionis compotem fieri* 7, 6. πῶς παιδείας ἔχει *qua eruditione praeditus eſſet* 8, 18. παιδείας ἐπιμέλεια *literarum ſtudium* 11, 4. παιδείαν A. S. *educationem* 7, 18. *eruditionem* 8, 17. 13, 18. 14, 35. παιδεία N. P. *educatio* 4, 17. Deriuatur a

Παιδεύω *doceo.* N. S. m. praeſ. partic. act. *inſtitutor, informator* 4, 4. παιδεύσωσι 3. pl. aor. 1. ſubi. act. τȣ̀ς υἱεῖς κακῶς (*poſtquam*) *inſtituerunt liberos male* 7, 18. HINC

Παίδευμα, ατος, τὸ. *quod docetur, diſciplina.* παιδευμάτων G. P. 10, 1. παιδεύμασι D P. 10, 3. ET

Παίδευσις, εως, ἡ. *inſtitutio, informatio* 7, 12. et 16. ET

Παιδευτὴς, ȣ̃, ὁ. *praeceptor, magiſter.* παιδευτῶν G. P. 7, 10. παιδευτὰς A. P. 7, 15. Primitiuum eſt παῖς, vnde diminutiuum

Παιδίον *puerulus.* παιδία A. P. *puerulos* 7, 17. 12, 7. *ſeruulos, quos parentes filiolis, ceu cuſtodes corporis, alunt* 6, 1. παιδίων G. P. 5, 13. παιδίοις D. P. 5, 14.

Παιδοποιΐα, ας, ἡ. *liberorum procreatio* 2, 3. 3, 1. a παιδοποιὸς (ex παῖς et ποιέω, ῶ) ȣ̃, ὁ καὶ ἡ. *liberorum procreator* vel *procreatrix.*

Παιδοτρίβης (ex παῖς et τρίβω *tero*) ȣ, ὁ. *qui pueros exercet, palaeſtrae magiſter, praeceptor puerorum in exercitio corporis* 11, 1.

Παῖς, παιδὸς, ὁ καὶ ἡ. *puer, puella* [it. *filius, filia*] παῖδ' A. S. 5, 15. per apoſtroph. pro παῖδα 10, 1. παῖδες N. P. 13, 15. 14, 5. παίδων G. P. 1, 1. 11, 8 et 11 13, 13. 14, 32. et 33. et 38. 15, 1. et 3. et 4. 18, 3. 20, 8 παισὶ D P. 13, 4. 15, 2. 17, 17. ἐν παισὶν h. e. ἐν νεότητι, *in pueritia, in puerili aetate* 11, 2. παῖδας A. P. 7, 8. et 10. 9, 7. et 19. 11, 1. et 6. 12, 1. 13, 2. 14, 31. 17, 1. et 14. et 16.

Παλαιὸς (a πάλαι *olim*) ȣ̃, ὁ. *vetus* 7, 13. οἱ παλαιοὶ N. P. m. *veteres* 14, 21. παλαιῶν G. P. n. συγγραμμάτων 10, 14. HINC

Παλαιόομαι, ȣ̃μαι. *veteraſco.* παλαιȣ́μενος N. S. m. praeſ. partic. med. νȣ̃ς *mens ſeneſcens* 8, 16.

Παλίμβολος (ex πάλιν et βάλλω) ȣ, ὁ καὶ ἡ h. e. δολερὸς, *veteratorius*, it. *inconſtans* et *mutabilis*, it. παλίμπρατος, *perfidus, qui multiplici et ſaepe commutata ſeruitute aſtutus euaſit et vafer*, πανȣ̃ργος, *veterator.* παλιμβόλοις D. P. *nequam hominibus* 7, 1.

Πάλιν aduerb. *rurſus* 12, 6. 14, 35. vid. αὖ.

Παλλακὴ, ῆς, ἡ. *puella, concubina.* παλλακαῖς D. P. *concubinis* 2, 1. a πάλλαξ, ακος, ὁ. *iuuenis:* a quo Latinorum *pellex* deriuat Gell. N. A. 4, 3. quam vocem alii a *pelliciendo* deducunt. Vide Taubm. Plaut. Aſin. 1, 2, 7.

Παμπληθὴς (ex πᾶς et πλῆθος, εος, τὸ. *multitudo:* quod eſt a πλέος, ȣ, ὁ. *plenus:* et hoc a comparat. πλείων adiectiui πολὺς) έος, ȣ̃ς, ὁ καὶ ἡ, *refertus*, it. *permultus.* παμπληθεῖς N. P. m. contr. *quam plurimi*, πάνυ πολλοὶ 14, 22.

Πᾶν, πάνθ', παντὸς κ. τ. λ. vid. πᾶς.

Πανηγυρικὸς, ȣ̃, ὁ. *panegyricus, panegyri conueniens, celebris:* a πανήγυρις, εως, ἡ. *conuentus publicus:* quod eſt ex πᾶς et ἄγυρις (ab ἀγείρω *congrego*) εως, ἡ. *cuetus.* q. d. πᾶσα ἄγυρις. πανηγυρικῶν G. P. m. λήρων 9, 1. Intell. *ampullas et ſeſquipedalia verba*, vt Horat. loquitur de Art. h. e. explicante Lambino, *verba pompatica, tumidaque et inflata, magnifica, iactantiae et venti plena.*

Παντάπασιν aduerb. *prorſus, omnino* 9, 15. 15, 1. a πᾶς.

Παντελὴς (ex πᾶς et τέλος, εος, τὸ. *finis, effectus*) έος, ȣ̃ς, ὁ καὶ ἡ. *vniuerſus* it. *abſolutus.* παντελῆ A S. f. contr. *perfectam* 4, 2. HINC

Παντελῶς aduerb. *omnino, prorſus, plane* 14, 5. et 13. 15, 4.

Πάντη aduerb. *plane, omnino* 9, 27. a πᾶς, vnde etiam παντοῖος, ȣ, ὁ. *omnigenus, varius:* INDE

Παν-

ώς aduerb. *varie, omnibus modis* 14, 14.
ν vid. πᾶς.
duerb. *omnino* 2, 8. 7, 16. *valde* 14, 17.
raepoſitio per apoſtr. pro
:um Dat. *APVD* 4, 5. 9, 4. cum Acc. *PER* 2, 2.
*AETER* vel *CONTRA* 4, 9. *CIRCA* 16, 1.
ὶ πάντα ταῦτα explicari poteſt *praeter haec*
*a* vt Xyl. *über dieſes alles :* vel *prae his omnibus*
iet. *vor allen dingen* 14, 31. παῤ ὀλίγας ἡμέρας
*is quibusque diebus interiectis* 13, 10.
γέλλω *denuntio*, it. *praecipio*. παρήγγελλε 3. ſing.
erf. ind. act. *monebat, innuebat* 17, 3. HINC
γελμα, ατος, τὸ. *praeceptum* 7, 21. παραγγέλ-
α N. P. 4, 4. παραγγέλμασι D. P. n, 10. Ab
ἰλλω *nuntio*.
ενέσθαι aor. 2. inf. med. πρὸς αὐτὸν ἠξίου αυ-
*ad ſe iubebat* 14, 29. TH. παραγίνομαι *accedo*,
Simplex γίνομαι vid. ſupra.
ωγή, ῆς, ἡ. Xyl. *inſtitutio :* alias *productio*, it.
*ctio, deriuatio* [vid. adnot.] 15, 4. a παράγω, *pro-*
*adduco in medium.* Simplex ἄγω *duco*.
έδοται vid. παραδίδωμι.
ειγμα, ατος, τὸ. *exemplar, documentum, exemplum*
*producitur ad probandum* 13, 18 20, 2. παρα-
ματι D. S. 4, 17. 13, 1. παραδειγμάτων G. P.
. παραδείγμασι D. P. 14, 18. παραδείγματα
. 11, 8. 16, 1. a παραδείκνυμι *iuxta oſtendo, confero.*
lex δείκνυμι *oſtendo*.
ηλόω, ῶ. *ſignifico, repraeſento.* παραδηλοῦντες N.
. contr. praeſ. partic. act. 13, 14. Simplex δηλόω, ῶ.
ίδωμι *trado*. παραδόντες N. P. m. aor. 2. partic.
λάθωσιν κ. τ. λ. 7, 1. vide λανθάνω. ὡς ἡμῖν
ιν παραδέδοται 3. ſ. praet. ind. paſſ. *quod qui-*
*nos audiuerimus* 9, 12. HINC
οσις, εως, ἡ. *traditio* 9, 14. a δίδωμι.
ῆν praeſ. inf. act. contr. *ſecus viuere, quam decet,*
*abuti* 17, 18. Simplex ζάω, ῶ. *viuo*.
έσθαι, παραθεὶς vide παρατίθημι.

Παραινέω, ῶ (ſimplex αἰνέω, *laudo.* ab αἶνος, ȣ, ὁ. *laus*) *adhortor, moneo* 9,1. et 21. παραινεῖ 3. ſing. praeſ. ind. act. contr. 7,21. παραινȣ̃σι 3. pl. eiusd. tempor. 17,17. παραινεῖν praeſ. inf. act. 5,15. 8,1. ταῖς τίτθαις *conſilium dare nutricibus* 5,14. παραινέσαιμεν 1. pl. aor. 1. opt. act. 9,7. HINC

Παραίνεσις, εως, ἡ. *adhortatio, admonitio.* παραινέσεσι D. P. 12,1. παραινέσεις A. P. 7,7. 21,1.

Παραιρέω, ῶ. *aufero.* παρελέσθαι aor. 2. inf. med. cum Acc. 8,17. Simplex αἱρέω, ῶ. *eligo*, it. *teneo.*

Παρακολȣθέω, ῶ. *ſequor, ſubſequor ceu individuus comes.* παρακολȣθεῖ 3. ſing. praeſ. ind. act. contr. cum Dat. 2,2. Ex παρὰ et ἀκολȣθέω, ῶ. *ſequor:* quod eſt ab ἀκόλȣθος, ȣ, ὁ καὶ ἡ. *pediſequus, comes.* et hoc deducunt ex α adiunctionem ſignificante, et κέλευθος, ȣ, ἡ. *via.*

Παραλείπω *omitto.* παραλιπεῖν aor. 2. inf. act. *ſilentio praeterire* 6,1. παραλιπὼν N. S. m. aor. 2. partic. act. *derelinquens, negligens* 7,11. τȣ̀ς ἄλλȣς *aliis omisſis* 14,25. παραλειπτέον verbale, (*non*) *eſt omittendum* 14,37. Simplex λείπω *linquo.*

Παραλύω *ſoluo.* παραλύσας N. S. m. aor. 1. partic. act. τὰ σακκία, *quum ſoluisſet ſacculos.* 14,11. Simplex λύω.

Παραμελέω, ῶ. *negligo:* παραμελῶν N. S. m. praeſ. partic. act. contr. τῆς ἀγωγῆς φαίνῃ *praeterire videris educationem* 11,8. Ab ἀμελέω, ῶ. quod vid. ſupra.

Παραπηγνύω vel παραπήγνυμι *a latere figo, iuxta depango.* παραπηγνύȣσι 3. pl. praeſ. ind. act. τὰς παραινέσεις τοῖς νέοις *admonitiones adfigunt pueris, inculcant* 7,7. Simplex πηγνύω ſeu πήγνυμι, et πήσσω ſeu πήττω *compingo*, it. *infigo.*

Παραπλήσιον eſt neutrum aduerbialiter poſitum pro παραπλησίως 7,14. a παραπλήσιος, ȣ, ὁ. καὶ ἡ. h. e. παρόμοιος, *proxime ad aliquem accedens, ſimilis.* Ex παρὰ et πλήσιος, ȣ, ὁ. *propinquus:* TH. πέλας aduerb. *prope.*

Παράσημος, ȣ, ὁ καὶ ἡ. *perperam ſignatus, adulteri-*

: παρασήμοις D. P. m. (*hominibus*) *malae notae, obſcuris, ignobilibus* 7, 8. Primit. σῆμα.
ſιτος, ȣ, ὁ καὶ ἡ. *qui cibum apud aliquem ſumit, lator, asſentator.* παρασίτȣς A. P. 7, 19. Primit. ος, ȣ, ὁ, *frumentum.*
κευάζω *comparo, praeparo.* παρασκευάζειν praeſ. act. cum Acc. *adornare, praeparare* 11, 3. παρα-υάζοντες N. P. m. praeſ. partic. act. τοῖς ἄλλοις νὰς *inſeruientes aliorum voluptatibus, creantes voluptates* 9, 6. ὅπως παρασκευάσωμεν 1. pl. 1. ſubi. act. τὴν τροφὴν *vt paremus ſeu acquirus victum* 17, 6. παρασκευαςέον (verbale) αὐτȣ̀ς η κ.τ.λ. *curandum eſt, vt ſint* cet. 14, 3. Simplex υάζω *inſtrumentis orno*: quod eſt a σκεῦος, εος, *vas*, it. *inſtrumentum.*
ῆσαι vid. παρίςημι.
χεῖν, παράσχῃ vid. παρέχω.
ίθημι *adpono, iuxta pono.* παρατιθέασιν 3. pl. ſ. ind. act. Attice τὰς χάρακας τοῖς Φυτοῖς, *lciant plantas, applicant plantis pedamenta* 7, 7. αθεὶς N. S. m. aor. 2. partic. act. ἐξηγήσομαι *ucam et explicabo* 17, 3. παραθέσθαι aor. 2. inf. *adponere, auftragen, fürſetzen,* 14, 29. Simplex ημι.
ράγωδος, ȣ, ὁ. καὶ ἡ. *tragicus.* Ex παρὰ et γωδὸς (ex τράγος, ȣ, ὁ. *hircus* et ᾠδὴ, ῆς, ὁ: *us*) ȣ̃, ὁ. *qui cantando hircum meretur* (Inde Horat. arte: *Carmine qui tragico vilem certauit ob hir-.* Vid. Lambin.] Item *actor et poëta tragicus.* 9, 21. θεατρικὴ et παρατράγωδος ſeu ὑπέ-ος λέξις eſt *dictio, quae theatricam pompam de- et tragicum quid redolet.* Eſt enim tragicorum acter ſublimis: Inde Horat. 2. O. 1. *Grande mu-Cecropio repetes cothurno:* et de arte: *Hunc ſocci e pedem, grandesque cothurni:* item: *Et docuit num loqui, nitique cothurno.* Hinc prouerb. τρα-ῖς λαλεῖν *tragice* h. e. *magnifice, ſuperbe loqui.* Eraſm. adag. 2, 5, 39. vbi reperias ſynonyma

 haec:

haec: ἐκτραγῳδίζειν et φορτικῶς λαλεῖν, *arro ganter et inſolenter loqui.* Theognid. v. 158. dici ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα. Horat. de arte v. 97. voca iſtiusmodi orationem praetumidam et inflatam *am pullas et ſeſquipedalia verba.* Terent. Eunuch. 4, 6. *magnifica verba.* Opponitur vero hic orationis tumor, et thraſonica verborum iactantia, characteri dicendi illuſtri.

Παρατρέφω *nutrio iuxta* 17, 21. Simplex τρέφω, *alo.*

Παρατυγχάνω *fortuito occurro*, *ſuperuenio.* ἐκ τῶ παρατυχόντος G. S. n. aor. 2. partic. act. λέγειν 9, 16. vid. λέγω. Simplex τυγχάνω.

Παραυτίκα aduerb. *ſtatim*, *illico*, *extemplo* 4, 10. ab αὐτίκα idem: quod eſt ab αὐτὸς, ῦ, ὁ. *ipſe.*

Παραφέρω, *in medium adfero*, *profero.* παραφέρων N. S. m. praeſ. partic. act. πάντα (*bellum*) *quod omnia aufert et abripit* 8, 17.

Παραφορτίζομαι *de onere aliquid ſubduco*, it. *oneri onus addo.* παρεφορτισάμην 1. ſing. aor. 1. ind. med. τῷ λόγῳ *commentario meo ſubtextui* 11, 12. Simplex φορτίζω *onero.* a φόρτος, ῦ, ὁ. *onus.*

Παραφρονέω, ῶ. *demens ſum*, *deliro.* παραφρονῦντα A. S. n. praeſ. partic. act. contr. (*adoleſcentem*) *mente captum* 3, 3. a παράφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ. *amens*: ex παρὰ et φρὴν, φρενὸς, ἡ. *mens.*

Παραχρῆμα adu. *ſtatim*, *e veſtigio*, *ex tempore* 9, 10 et 18. Ex παρὰ *in* et χρῆμα, ατος, τὸ. *res negotium*: q. d. *in ipſa re.* Vid. λέγω.

Παρέγγραπτος, ῦ, ὁ καὶ ἡ. *adſcriptitius*, *non germanus*, *qui illegitime obrepſit*, hic 5, 4. *fictitius*, *fucatus*, ὑποβολιμαῖος. a παρεγγράφω *falſo inſcribo*, *ſubdole interſero.* Compoſ. ex παρὰ et ἐν e γράφω.

Παρείκω *cedo*, it. *concedo*, *permitto.* κατὰ τὸ παρεῖκον A. S. n. praeſ. partic. act. τῶν καιρῶν 10, 11. Vid. κατὰ Simplex εἴκω *cedo*, it. *morem gero.*

Πάρειμι *adſum.* παρόντων G. P. m. praeſ. partic. 14, 1. Simplex εἰμί.

Παρ

ιέσϑαι vid. παραιρέω, ῶ.
φορτισάμην vid. παραφορτίζομαι.
ζω h. e. παρὰ ἔχω ſeu ἐγγὺς ἔχω *iuxta ha-*
, it. *praebeo, praeſto.* παρέχειν praeſ. inf. act.
τὸν παράδειγμα τοῖς τέκνοις *filiis exemplo esſe*
2. ἵνα γέλωτα παράσχῃ 3. ſ. a. 2 ſubi. act. τοῖς
οις *vt riſum aliis moueret* 14, 26. παρασχεῖν aor. 2.
act. βασιλίσκȣς *procreare regulos* 2, 8. παρέ-
ιντο 3. pl. aor. 2. ind. med. ἑαυτȣ̀ς καταπει-
; τοῖς ἴσοις πράγμασιν *indulſisſent iſtiusmodi re-*
*bus.*
ρᾶτο vid. παροράω, ῶ.
γελλε vid. παραγγέλλω.
ορία, ας, ἡ. *adhortatio.* Hic 12, 7. *conſolatio.* a
ηγορέω, ῶ. *hortor*, it. *conſolor:* ex παρὰ et ἀγο-
(quod extra compoſitionem non eſt in vſu) pro
vſurpatur ἀγορεύω *verba facio pro concione, con-*
*or*, it. generaliter *dico:* ab ἀγορὰ, ᾶς, ἡ. *forum,*
*ratio.*
ίνος, ȣ, ἡ. *virgo* 15, 5. q. d. ἡ παρ᾽ ȣ̓δενὸς ȣ̓δὲν λα-
α εἰς ἕδνα, *quae nunquam ab ullo accepit munera*
*ſalia.* Alias deriuationes pete ex Scap.
ημι *ſiſto, pono iuxta,* παρίστησι 3. ſing. praeſ. ind.
cum Acc. ἐναργῶς clarisſime *ob oculus ponit*
. παραστῆσαι aor. 1. inf. act. τὴν γνώμην δι᾽ εἰκό-
*ſimilitudine quadam ſuam ſententiam declarare*
. Simplex ἵστημι.
ος, ȣ, ἡ. *via ad locum aliquem ducens, aditus.* Hic
). pro *commoditate, qua quis voti ſui compos fieri*
*t, ein mittel.* Ex παρὰ et ὁδὸς, ȣ̃, ἡ. *via.*
ιέω, ῶ. *habito apud, cohabito.* παροικήσῃς 2. ſing.
1. ſubi. act. cum Dat. 6, 2. a πάροικος, ȣ, ὁ καὶ ἡ.
*uxta habitat, accola.* Ex παρὰ et οἶκος, ȣ, ὁ. *domus.*
ιία, ας, ἡ. *prouerbium* 9, 8. a πάροιμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ.
*iuxta viam eſt.* Ex παρὰ et οἶμος, ȣ, ὁ καὶ ἡ. vel
, ἡ. *via, ſemita.* HINC
ιάζομαι, *prouerbialiter loquor:* οἱ παροιμιαζό-
οι N. P. m. praeſ. partic. med. 6, 2.

Παρόμοιος, ου, ὁ καὶ ἡ. h. e. παρ' ὀλίγον ὅμοιος *non valde abſimilis.* παρόμοιον ſubſt. poſ. ποιοῦντες h. e. παραπλήσιον, *idem facientes* 7, 11. Ex παρὰ et ὅμοιος. Vid. ſupra.

Παρόντων vid. πάρειμι.

Παροράω, ῶ. *perperam video*, παραβλέπω, *conniuenter aliquid adſpicio.* παροράν praeſ. inf. act. contr. *praetermittere, negligere* 11, 1. παρεωρᾶτο 3. ſing. imperf. ind. paſſ. cum Attica augmenti geminatione τοῖς πρὸ ἡμῶν *neglectum eſt prioribus* 3, 1. Simplex ὁράω, ῶ, video.

Παρορμάω, ῶ. *incito, ſtimulo, impello.* παρορμῶντες N. P. m. praeſ. partic. act. contr. ἔπαινοι ἐπὶ τὰ καλὰ *laudationes ad honeſta incitantes* 12, 4. Simplex ὁρμάω, ῶ.

Παῤῥησία, ας, ἡ. *libertas fandi:* optimae notae ſcriptoribus *libertas* abſolute dicitur. 2, 3. ἄγευστοι τῆς παῤῥησίας 17, 21. vid. ἄγ. παῤῥησίαν A. S. ἄγουσιν ἐπιτιμᾶν *libertatis in admonendo et obiurgando ius vſurpare posſunt* 20, 4. d. q. πανρησία h. e. παντὸς ῥησία, vel πᾶσα ῥῆσις.

Πᾶς Maſc. *omnis, quiuis, totus* 13, 4. 17, 18. παντὸς G. S. 14, 20. παντὶ D. S. 17, 7. πάντα A. S. 2, 2. 14, 35. πάντες N. P. 2, 7. 7, 12. πάντων G. P. 14, 13. πᾶσι D. P. 11, 9. 14, 31. Femin. πᾶσα. πάσης G. S. 12, 4. πᾶσαν A. S. 7, 2. et 13. 14, 14. πάσας A. P. 21, 1. Neutr. πᾶν *omne, quoduis* 5, 12. τοῦ παντὸς G. S. διαμαρτάνειν *toto coelo errare* 4, 7. παντὶ D. S. 5, 5. πάντα N. P. 4, 5. πάντων G. P. 4, 3. 7, 4. 8, 14. 10, 7. 11, 6. πάντων μάλιστα *in primis* 13, 13. Sic πρὸ πάντων 20, 2. πᾶσι D. P. 13, 2. πάντ' 8, 16. et πάνθ' 20, 7. pro πάντα A. P. 4, 6. 14, 31. 20, 2.

Πάσχω *patior.* πάσχων N. S. m. praeſ. partic. act. cum Acc. 9, 14. ἔπαθε 3. ſing. aor. 2. ind. act. cum Acc. 14, 27. παθὼν N. S. m. aor. 2. partic. act. cum Acc. 9, 14.

Πατὴρ, ὁ. *pater* 3, 3. 7, 12. πατέρος et per ſyncop. πατρὸς G. S. 2, 5. 17, 19. πατέρα A. S. 7, 16. 18, 5. πατέρες N. P. 3, 2. 7, 14. 17, 17. πατέρων G. P. 7, 8. et 15. 13, 9. 17, 15.

17, 15. et 20. et 22. πατράσιν D. P. 2, 1. 7, 18. πατέρας A. P. 13, 1. et 18. 14, 34. 16, 1. 17, 16. 18, 2. et 3. 20, 2. HINC aduerb.

Πατρόθεν *a patre, ex parte patris* 2, 2. ET adiect.

Πατρῷος, ȣ, ὁ. *patrius, paternus.* πατρῴων G P. n. 15, 15.

Παύω *finem impono.* παυόμενοι N. P. m. praeſ. partic. med. *deſinentes* 4, 15. verbale παυςέον *deſinendum* 9, 9. ponitur abſolute, eique opponitur ἀρκτέον.

Πειθαρχέω, ῶ. *principibus obedio.* Generatim accipitur pro *obedio.* πειθαρχεῖν praeſ. inf. act. τοῖς νόμοις *parere legibus* 10, 6. Ex πείθομαι *obedio* et ἄρχων, οντος, ὁ. *princeps:* quod fit ab ἀρχὴ, ῆς, ἡ. *principatus.*

Πείθω *perſuadeo, impello ad rem aliquam ſuſcipiendam.* πέπεικεν 3. ſing. perf. ind. act. ἑαυτὸν *perſuaſit ſibi* 14, 38.

Πειρατέον verbale cum infin. et acc. 5, 9. 19. 1. 20, 7. εἰς δύναμιν *pro viribus enitendum* 10, 11. 11, 11. Sic εἰς ὅσον οἷόν τε ἐςιν 14, 18. vid. εἰς. TH. πειράω, ῶ. *conor, tento:* quod eſt a πεῖρα, ας, ἡ. *conatus, inceptum.*

Πέμπω, *mitto.* πέμποντας A. S. m. praeſ. partic. act. ἐς κ. τ. λ. Xyl. *mittendi ſunt in* cet. 11, 1. πέμψας A. S. m. aor. 1. partic. act. 14, 30.

Πένης, ητος, ὁ. *pauper.* propr. *qui labore victum quaerit:* ἀπὸ τȣ͂ πένεσθαι *laborare:* quia cum πόνῳ vitam tolerat, nec viuere poteſt, niſi laborem capiat. Clar. SALMASIVS de foenore trapezit. p. 635. citante Cl. FREINSHEMIO comment. Curt. 4, 1, 25. edit. ad ſecundam curam imprimenda. πενήτων G. P. 11, 8. 17, 21. πένησιν D. P. 11, 11.

Πέπεικεν vid. πείθω.

Πεπλασμένη vid. πλάσσω.

Πεποιηκότες vid. ποιέω, ῶ.

Περ, particula ἄσημος, quae apud Noſtrum συμπληρωματικῶς vſurpatur: 7, 3. et 13. 14, 18.

Πέρας, ατος, τὸ. *terminus, finis* 17, 11.

Περὶ praepoſ. cum Genit. DE 1, 1. 3, 3. 4, 1. et 17. et 18.

5, 1. 8, 18. 9, 14. et 25. et 27. 10, 13. 11, 8. 13, 18. 14, 19. et 32. et 38. 15, 1. cum Acc. *CIRCA* 10, 5. et 10. At praecedente Genitiuo, ſonat παροξυτόνως, et explicatur per ἕνεκα. e. g. κτήσεως πέρι *poſſeſſionis cauſa* 7, 13.

Περιγίνομαι *obtingo*, *abuenio*. περιγινομένων G. P. n. praeſ. partic. med. ἀγαθῶν ἐκ τῆς κ. τ. λ. *bonorum, quae ex philoſophia fluunt* 10, 7. Simplex γίνομαι.

Περιγράφω *circumſcribo*. περιγράψω 1. ſing. fut. 1. ind. act. τὰς ὑποθήκας *finem imponam meis praeceptis* 20, 1. Simplex γράφω.

Περιδρομή, ῆς, ἡ. *ambitus*, *circuitus*. 10, 1. vid. ἐκ. a περιτρέχω *circumcurro*. Simplex τρέχω.

Περίειμι *ſuperior ſum*, *ſupero*. περιεῖναι praeſ. inf. act. τῶν ἡδονῶν h. e. κατακρατεῖν, *vincere voluptates* 10, 8. Simplex εἰμί.

Περιΐστημι *circumpono*, *circumdo*, it. *redigo*. περιΐσταμαι *redigor*, *euado*, *deuenio*. περιΐσταται 3. ſing. praeſ. ind. paſſ. εἰς ἀναισχυντίαν, *praebet anſam impudentiae* 9, 25. Simplex ἵστημι.

Περιέκοψε vid. περικόπτω.

Περικνίζω *circumſcalpo*, *circumuellico*. περικνίζειν praeſ. inf. act. ταῦτα *haec ſectari* 14, 18. Simplex κνίζω, quod eſt a κνάω *ſcindo*, *ſcalpo*, *leniter frico*.

Περικλῆς, έεος, έους. *Pericles* orator Athenienſis Xanthippi F. περὶ τὸν λόγον ἦν εὐλαβὴς 9, 12. quomodo in rep. adminiſtranda fuerit verſatus 10, 12.

Περικόπτω *circumcido*, *reſeco*, *mutilo*. περιέκοψε 3. ſing. perf. ind. act. τὰ τῶν κ. τ. λ. *accîdit* h. e. *imminuit* 17, 26. Simplex κόπτω *ſcindo*.

Περίλυπος, ου, ὁ καὶ ἡ. *ſupra modum moeſtus*, *ſummopere dolens*. περιλύπους A. P. 10, 7. Ex λύπη, ης, ἡ. *dolor*.

Περιμάχητος, ου, ὁ καὶ ἡ. *de quo pugnatur*, it. *expetendus*. περιμάχητον N. S. n. ſubſt. acceptus, *res optanda* 8, 9. Simplex μαχητὸς, οῦ, ὁ. *expugnabilis*, quod fit a μάχομαι *pugno*.

Περιπίπτω *incido*. περιπίπτουσιν 3. pl. praeſ. ind. act. 20, 3.

20, 3. περιπεσόντων G. P. m. aor. 2. partic. act. 16, 1. περιπεσόντας A. P. m. eiusd. partic. 14, 24. quibus in locis cum Datiuo, vi praepoſitionis, conſtruitur. Simplex πίπτω *cado.*

Περιπλέω *nauigando obeo.* περιπλεῦσαι aor. 1. inf. act. τὰς πόλεις *circa vrbes nauigare* 10, 2. Simplex πλέω *nauigo.*

Περιποιέομαι, ῦμαι, *acquiro.* περιποιησαμένων G. P. m. aor. 1. partic. med. ἔπαινον (*eorum*) *qui ſibi laudem comparauerunt* 16, 1. Simplex ποιέω, ῶ.

Περίτρανα A. P. n. aduerbial. poſ. λαλεῖν *perſpicue loqui* [Sed vid. adnot.] 6, 1. περίτρανος, ου, ὁ καὶ ἡ. *perſpicuus:* a τρανὸς, ῦ, ὁ. idem: quod eſt a τιτράω ſeu τίτρημι *perforo, pertundo.*

Περιϋβρίζειν praeſ. inf. act δούλους *omni iniuriarum genere afficere ſeruos* 10, 6. Simplex ὑβρίζω.

Περιχαρεῖς A. P. m. contr. 10, 7. περιχαρὴς, έος, ὁ. καὶ ἡ. *ſupra modum laetus*, ὁ ἀμέτρως χαίρων, *gaudio perfuſus.* a περιχαίρω *ſummopere laetor.* Simplex χαίρω *gaudeo.*

Πέτρα, ας, ἡ. *ſaxum, lapis* 4, 9.

Πέφυκε, πεφυκότας vid. Φύω.

Πηγὴ, ῆς, ἡ. *fons, ſcaturigo* 7, 6. 10, 10. πηγὰς A. P. metaph. de vberibus 5, 6. Synonymum eſt πίδαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ. vtrumque Scapula deriuat a πηδάω *ſalio*, Boeotice η verſo in ι. Cl. PASOR in indic. Heſiod. docet, deriuari παρὰ τὸ πήγνυσθαι, quia circa fontes domicilia ſtruxerint homines. Indeque Latinum *pagi* nomen accepiſſe putat.

Πηνελόπη, ης, ἡ. *Penelope* 10, 3. Vlyſſis coniux, laude pudicitiae in diuturna mariti abſentia ſeruatae et cuſtoditae celebris. Ex πήνη, ης, ἡ. *textum* et λόπος, ου, ὁ. *tela ſubtilis.* Ad procos enim deludendos telam retexebat.

Πηρὸς, ῦ, ὁ. *mancus, mutilatus, parte aliqua corporis captus.* Hic 14, 29. eſt ἑτερόφθαλμος, *vnoculus.* Hinc πηρόω, ῶ. *mutilo*, it. *ſum oculis captus:* VNDE

Πήρω-

Πήρωσις, εως, ἡ. *caecitas* 14, 28.

Πιαίνω *pinguefacio, obeſum reddo.* πιαίνει 3. ſing. praeſ. ind. act. τὸν ἵππον *ſaginat equum* 13, 12. a πίων, ονος, ὁ. *pinguis.*

Πικρὸς, ϐ, ὁ. *amarus.* πικρὰ A. P. n. ſubſt. poſit. τῶν φαρμάκων *medicamenta amara* 18, 3.

Πίςις, εως, ἡ. *fides.* πίςιν A. S. 14, 21. d. q. πεῖςις, παρὰ τὸ πεπεῖσθαι *perſuaſum eſſe.*

Πλάςιγξ, ιγγος, ἡ. *lanx, trutina* 17, 32. Alias dicitur Doriee pro πλήςιγξ, et ſignificat *flagellum:* a πλήσσω *percutio.*

Πλάσσω vel πλάττω *fingo.* πλάττειν praeſ. inf. act. τὰ μέλη τϐ σώματος *formare corporis artus* 5, 11. πεπλασμένη N. S. f. perfect. partic. paſſ. 9, 14. Vid. ἀδέσποτος.

Πλάτων, ὁ. *Plato* 5, 14. 14, 15. et 17. Πλάτωνος G. S. 4, 5. 10, 12. 14, 37. Πλάτωνα A. S. 11, 5. 14, 35. Sic dictum aiunt a latitudine humerorum.

Πλείων, ονος, ὁ καὶ ἡ. *amplior, copioſior*, it. *maior.* πλείονος G. S. f. 5, 3. πλείονα A. S. m. 7, 15. f. 13, 11. contracte πλείω 7, 12. 15, 3. πλείονα A. P. n. *plura* 10, 13. πλείϐς A. P. f. contr. 9, 20. 21, 1. Eſt comparatiuus a πολὺς *multus*, quod in ſuperlatiuo facit

Πλεῖςος, ϐ, ὁ. *plurimus.* πλεῖςον A. S. m. 2, 3. 17, 5. n. 4, 12. πλεῖςον τϐ δέοντος ἁμαρτάνειν 13, 9. 14, 19. vid. δέον.

Πλεονεξία, ας, ἡ. *commoditas quam quis prae aliis habet, melior conditio.* Hic 13, 16. πλεονεξία τῆς φύσεως opponitur τῇ ἐλλείψει τῆς φύσεως, quorum hoc defectum naturae, illud felicitatem ſignificat memoriae. Compon. ex πλέος, ϐ, ὁ καὶ ἡ. et ἕξις, εως, ἡ. *habitus.*

Πληγὴ, ῆς, ἡ. *plaga.* πληγῶν G. P. 12, 3. πληγαῖς D. P. 12, 1. a πλήσσω vel πλήττω *percutio.*

Πλημμελὴς (ex πλὴν *praeter* et μέλος, εος, τὸ. *carmen*) έος, ὁ καὶ ἡ. *qui eſt contra modulationis normam, inconditus.* Hic 10, 11. *facile errans, vitioſus, culpandus.* HINC


Πλημ-

Ιλημμελεῖν *immoderate ſe gerere.* Hic 4, 16. *errare.* VNDE

Ιλημμέλημα, *ατος, τὸ. peccatum.* πλημμελήματα N. P. *errata* 15, 4. πλημμελημάτων G. P. 9, 10. de vitiis, quae in orationis concinnitatem peccant.

Ιλήρης (a πλέος, ϰ, ὁ. *plenus*) εος, ὁ καὶ ἡ. *plenus.* πλήρεις N. P. m. contr. cum Genit. 9, 9. HINC πληρόω, ῶ. *impleo.* VNDE

Ιλήρωσις, εως, ἡ. *impletio.* πληρώσει D. S. *ſaturitate:* opp. ἔνδεια *fames* 13, 8.

Ιλησίον aduerb. *prope* 17, 13. Eſt ab adiect. πλησίος (quod eſt a πλάω per ſyncopen pro πελάω *propinquo*) ϰ, ὁ. *propinquus.* HINC verbum

Ιλησιάζειν (*adpropinquare,* it. *familiariter aliquo vti*) τῇ Πηνελόπῃ h. e. συγγίγνεσθαι *cum Penelope rem habere* 10, 3. πλησιάζοντας A. P. m. praeſ. partic. act. ταῖς γυναιξὶ *cum vxoribus concumbentes* 3, 1. Primitiuum eſt aduerbium πέλας *prope.*

Ιλήσμιος, ϰ, ὁ. *replens.* Hic 9, 28. *ſatietatem adferens,* ἀψίκορος, *faſtidium mouens.* a πλῆσμα, ατος, τὸ. *explementum:* quod eſt a πλήθω *impleo:* cuius thema πλέος, ϰ, ὁ. *plenus.*

Ιλϰσιος, ϰ, ὁ. *diues, locuples.* πλϰσίων G. P. m. 17, 21. bis. πλϰσίοις D. P. m. 11, 8. 17, 17. In comparat.

Ιλϰσιώτερος, ϰ, ὁ. *ditior.* πλϰσιωτέρας A. P. f. γυναῖκας *vxores longe ditiores* 19, 3. Deriuatur a ſubſtant.

Ιλϰτος, ϰ, ὁ. *diuitiae* 8, 6. quod dicitur quaſi πολύετος ἢ πολλόετος, ὅτι ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐςὶ συνηγμένος. Diuitiae enim multorum annorum vel decurſu vel prouentu parari dicuntur: quo differt ab ἄφενος, ὁ vel τὸ. quod dicitur quaſi ἀφ' ἑνὸς, diuitiae ex vno anno collectae, cenſus ſeu reditus vnius anni. Clauis Homer. Iliad. A. v. 170. deducit παρὰ τὸ πολὺς et τάω, τῶ *accipio:* q. d. πολύϰτος *opes a multis acceptae.*

[λϰταρχος, ϰ, ὁ. *Plutarchus* 1, 1. q. d. πλϰτϰ ἀρχός.

[νίγω *ſuffoco.* πνίγεται 3. ſing. praeſ. ind. paſſ. φυτὰ

τοῖς

τοῖς κ. τ. λ. *plantae ob nimiam irrigationem ſuffi-cantur* 13, 3.

Ποδὸς vid. πȣ̃ς.

Πόθος, ȣ, ὁ. *deſiderium* 20, 8. a πείθω *perſuadeo.* Cl Paſor in Indice Heſiod. deducit ab inuſit. πέτω, a quo Latinorum *peto* docet eſſe. HINC verbum

Ποθέω, ῶ. *deſidero.* ποθȣ̃ντα A. P. n. praeſ. partic. act pro infin. poſit. cum acc. 5, 9.

Ποῖ aduerb. interrogandi *quo? quonam?* 7, 13. Ab in-definito οἷ *quo*, quod eſt ab ὅς *qui*.

Ποιέω, ῶ. *facio.* ποιεῖ 3. ſing. praeſ. ind. act. *reddit* 17, 12. ποιεῖν praeſ. inf. act. contr. τὴν φιλοσοφ. κ. τ. λ. *philoſophiam pro capite* h. e. maxima et praecipua parte *habere* 10, 4. ποιȣ̃σι 3. pl. praeſ. ind. act. παραπλήσιον, οἷον εἴ τις κ. τ. λ. *eodem fere modo ſe gerunt* cet. 7, 14. Sic ποιȣ̃ντες N. P. m. contr. praeſ. partic. act. παρόμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις κ. τ. λ. *idem facientes, ac ſi quis* cet. 7, 11. τὸ γῆρας ἐπίλυπον *contriſtantes ſenectutem* 17, 16. ποιήσω 1. ſing. fut. 1. ind. act. ὑμῖν φανερὰ *demonſtrabo* 4, 17. ποιῆσαι aor. 1. inf. act. ἀπόκρισιν *reſponſionem dediſſe* (*videtur*) 8, 17. Ποιȣ̃μαι (in media voce) τεκμήριον *pro ſigno habeo* 9, 27. ποιεῖται 3. ſing. praeſ. ind. med. contr. πλείω λόγον τῆς κ. τ. λ. *plus ſollicitus eſt de* cet. 7, 12. ποιεῖσθε 2. pl. praeſ. ind. med. πᾶσαν σπȣδὴν *omnem impenditis curam* 7, 13. ποιεῖσθαι praeſ. inf. med. συνȣσιασμὸν h. e. πλησιάζειν ταῖς γυναιξὶ 3, 1. πρόνοιαν τȣ̃ ἀκȣ́ειν *curam adhibere, vt audiant* 7, 17. μηδὲν πρȣ̓ργιαίτερον τῆς παιδείας τῶν παίδων *nihil antiquius liberorum educatione iudicare* 9, 1. συλλογὴν τῶν συγγραμμάτων *comparare et colligere volumina* 10, 14. πλεῖστον λόγον τῆς δικαιοσύνης *ſummam iuſtitiae rationem habere* 17, 5. πλείω εὐλάβειαν καὶ φυλακὴν τῶν παίδων *ſollicitiorem eſſe pro pueris* 15, 3. τὴν κρατίστην ἀγωγὴν τῶν παίδων *quam optime liberos educare* 11, 11. τȣ̀ς παῖδας ἐν αἰσχύνῃ 12, 6. Xyl.

vertit: *ad pudorem redigere, beſchaemen, rubore ſuffundere:* ſeu, ſi Plautina phraſi vti licet, ex Capt. 5, 2. *in ruborem dare.* ποιήσονται 3. pl. fut. 1. ind. med. πλείονα ἐπιμέλειαν τῶν παίδων *maiorem habebunt rationem liberorum* 13, 11. ποιήσαιντο 3. pl. aor. 1. opt. med. 9, 6. Vid. ὑπερἀνω. ποιησάμενοι N. P. m. aor. 1. partic. med. 3, 2. Vid. τυγχάνω. HINC

Ποιητέον (verbale) ἐςὶ τῦτο ὡς ἐν Φαρμάκῳ μοίρᾳ Xyl. *inſtar medicamenti vſurpandum* 9, 15. πλεῖςον λόγον τῆς εὐγενείας *ſumma boneſtae originis habenda eſt ratio* 2, 3. ET

Ποιητὴς, ῦ, ὁ. *poëta, factor.* Synecdochice ponitur pro *Euripide* 2, 2. et 5. Et κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur de *Phocylide* 5, 15.

Ποικίλος, ῦ, ὁ. *varius.* HINC

Ποικίλως aduerb. *varie* 12, 5. ET

Ποικιλία, ας, ἡ. *varietas.* Hic 9, 28. opponitur τῇ μονῳδίᾳ.

Ποῖος, ῦ, ὁ, eſt ἐρωτηματικὸν, *qualis? quisnam?* ποία N. S. f. 4, 12. ποῖον N. S. n. 3, 1. τὸ ποῖον; *quodnam?* 7, 9. ποῖα N. P. n. 4, 11. Fit ab οἷος citra interrogat. *qualis.*

